


647.



$$\begin{array}{r} 950 \\ - 394 \\ \hline \end{array} \quad \begin{array}{r} \times C M I \\ \hline 87 \end{array}$$

Rath 647.



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black




MEDULLA

prisciæ puræq;

LATINITATIS,

Quâ omnes linguae Latine idiotismi è purioribus & classicis omnibus scriptoribus, quorum in Scholis admittitur autoritas; plenè planèq; secundū seriem verborum & particularum omnium, representantur, ita ut copiofior, quàm ante hanc Phrasiology exhibetur, dissentium studiis usibusq; accommodatissima.



Denuò Impressa
ALBA JULIA.
Typis Celsissimi Principis.

M. DC. XLVI.

Gratia



Reverendi
& Clarissimi Viri,
D. MARCI FRIDERI-
CI WENDELINI
Gymnasi Anhaltini Rectoris
ac Professoris celeberrimi, ad be-
nevolum Lectorum.

PRAEFATIO.

In tanto Phrasiologiarum Baxi, Ben-
zij, Barbarosiz, Busi, Calvisij, Erasimi, Fabri,
Fabricij, Guildeneri, Hellingis, Mancinel-
li, Liburnici, Manutij, Morallij, Nizolij, Parei,
Prateoli, Schönslederi, Suevi, Tessani, Tympi,
Vladeracci, Vlneri, VVilsij &c. numero prodire
& hanc nostram, miraberis fortean, amice
Lector.

Vt nostra sunt tempora, & studiorum nostro-
rum ratio, magni in scholis momenti est Phra-
siologia. Postquam enim barbariem, superiori-
bus seculis, eluctata sunt bona litera & in pre-
tio haberi sermonis puritas cœpit, omnes in id
nervos intenderunt ludorum moderatores &
adolescentium formatores, ut ad interiora & san-
ctorum Musarum commercia percelligata culta.



P R A E F A T I O.

Prolationis quasi januam intromitterent ad esse centiam. Ut enim nescire videtur, qui quod sit, eloqui non potest: ita pretiosissimo rerum thesauro gratiana afferit, qui horrida & barba ga dictione explicat. Hinc tanto Phrasilogiani condendaru studio haec tenus inter se certarunt etiam doctissimi: qui labores rebus potius quam symbolis rerum debuisse impendere non nullis rei momentum non satis ponderantibus sunt visi.

Ad metam vero eandem via non eadem contenderunt docti illi viri: è quibus alii in angustissimum quasi fretum late diffusum Latinitatis ex quo coegerunt. Alii cum viderent per nimias illas angustias ferè exarescere hunc oceanum, latioribus spatiis cum extendendum iudicavunt, ut undiquaque aditus pateret ad esse cœtulit, & minus curiosè etiam querentium (ut solet haec etas) in majori copia facilius vota implerentur. Horum consilium equidem semper probavi. Rektius enim judicium imbecillitas sublevari non potest, quam si oculis objeiciant plu- rima, judicio autem relinquuntur paucissima, & labore docentium labor minuantur dissentium.

Fontes quod attinet, & quibus derivand Phrasologia, confiliorum & intentionum magna hec occurrit varietas. Delegerunt sibi aliquum, alii plures, alii omnes. Vnus Cicero plurimi artifit: unde phrases Ciceronianæ: Invenit suos quoque amatores & admiratores Terentius: unde Terentianæ: Invenit Plautus unde Plautinae: Trium viros hisce ut ferè omnes scholæ receperunt, ita eisdem in Phrasologiis mul-

ti con-

P R A E F A T I O.

ti conjunxerunt. Liberiū tamen expaciari per omnes priscas puræq; latinitatis amanitatem placuit eliis, & è fragrantioribus omnium florulis suavissimum mel quoddam colligere, indeq; mellitam orationem conficere: quorū mihi consilium probari non diffiteor. Quamvis n de suo Ciceronem fastigio minimè dejiciendo arbitrer, & tot Criticorum ei suffragia non invideam: tamen nimis rigidi & superstitionis unius homini admiratores mihi videntur esse, qui contemnit aut fastidit omnibus aliis, unum ita audiunt & amant, ut audire & amare aliū nullum sustineant: ita se uni mancipant, ut aliorum omnium familiaritatem ejurent, & tam debili sunt stomacho, ut nullas nisi Ciceronianas dapes concoquunt, omnesq; alias à mensis suis excludant. Ita certè, qui Ciceronem proximè secui sunt, Historici, Oratores, Philosophi, non senserūt; sed suis usi iudicis pomaria latinitatis amplificarunt, styli liberius amanitatem floretq; consecravit. Gravitate Plinii & Livii quis non veneretur? Senecæ acutas & exquisitas elegan- tias quis averteret? Curtii suavitatem quis non miretur? Quisquis ab arbitrio hos removerit, suæ orationi lumen fenerare haud permiserit, me quidem judice, suam exigitati causam diffulerit probaverit. Descendit in hanc sententiam magnus ille Erasmus, cui non unius, sed omniū artiferunt elegantiz; quo pacto floridâ & variis veteri pigmentis ornata oratione theatri plausum olim meruit. Secuti hunc nostrorum temporum Critici, Oratores, Historici, Philosophi, qui etiæ secunda Ciceronis rura laudant, tamen

33

fela

P R A E F A T I O.

Bolas non colunt, nec messem ex iis solis faciunt.
Ved universam antiquitatem literatam venerantur, indeq; orationi suæ ornatum & gratiam cœlant. Cedit hoc studium ita feliciter nennulius, ut admirationi sint orbi literato & ad priscorum seculorum enitantur gloriam: quam si non superare, saltē exæquare multis videntur. Testes Epistelæ, Panegyrici, Satyræ, &c. elegantissimi felicium ingeniorum partus, qui vel Tulliano seculo esse honori & decori possint. Laudo igitur Phrasiologiam amississimo similem prato, quod variorum se colore & odore florum commendat: aut præciosas vesti, quam conquisitæ ex omnibus orbis partibus gemmae exornant.

Materiæ hujus in ordinem redigendæ & ad promtos usus accommodandæ una quoque non est ratio. Placent nonnullis selectiores quidam tituli salutandi, gratias agendi, valedicendi, litteras scribendi, reprehendendi, commendandi, horrandi, laudandi, consulendi &c. quorum numerus ut diffusissimam phrasum exæquer matrem, fieri nullo modo potest: siquidem fere innumera est & in tam angusta titulorum se copiæ spatia non patitur. Ned si quecumq; ratione ad certos titulos referantur phrasum genera omnia, omnesq; loquendi medi, ex votu planè confecta res erit. Posse enim singulas phrases ad nativas suas refire sedes titulosque proprios, judicii est non imbecillis, quale puerorum & adolescentium, sed confirmati, eorum qui his subsidiis amplius non egent. Ad metam igitur hæc via non adducit. Qui enim eam jam attigerunt, de via amplius non laborant; qui vero ab

P R A E F A T I O.

cā adhuc longè absunt, dum sua frustrari studia & vota vident, regreduntur, & quod desperant ex alieno consequi, tandem de suo largiuntur, & sic barbaræ orationis partum edunt: frustra obstantibus & reclamantibus Phrasiologiis, quæ pura dictioñis thesauros etiæ continent, iamnen magnam eorum partem titulorum paucitate occultant: unde plurima tironib. scripta non sunt quæ scripta sunt: quia inveniri ab iis non possunt. Huic ut alii male ocurrerent, indices germanicos subjecerunt; nulli tamen adeo copiosos, ut omnes ubiq; sparsas minutias completerentut, tironumq; manibus & oculis subjecerent. Ut n. taceam, quod plurima pleriq; in latinis miserint, dū ex uno aut altero antiquitatis fonte, aut ex pluribus, parcus tamen, derivarunt: etiæ hæc accedit remora, quod omnia latine dicta germanicæ non reddant, sed integras sententias sepe uno & altero verbulo, multas nullo attingant, & sic tironem latini sermonis rudem importu quasi destituant vacuūq; dimittant. Concinne enim phrases & sententias latinas germanice interpretari, nō est tironis sed veterani, non discipuli, sed præceptoris. articulas etiam, quæ magnam latinx elegantia partem absolvunt, in plerisq; phrasum libellis vel planè neglegi, vel obiter tantum attingi videoas, & ita quidem, us de usu lectorem & tironem non admoneant, neque adhibitâ interpretatione, ad usum & imitationem manu ducant.

Tandem & hoc in hujus argumenti libellis desideravi, quod verborum latini sermonis singularum, quorum quidem in phrasib' forman-

P R A E F A T I O.

dis usus est frequentior, constructiones omnes & singulas earumq; exempla ex autoribus non persequantur: sed de phrasibus, quas singula gignunt verba (non enim nomina particulasq; ea- fdem omnia admittunt) tirones incertos dimittant: in quibus tamē erant quām diligentissimē erudiendi. Equidem hinc inde spargi in phrasū libellis formulas non nego: sed singulas singulis subjici verbis haec tenus quidem in Phrasiologiis libellis latino-germanicis non vidi. Lexia excipio integra, qua & mole sua tironibus sunt molesta, & ex defectu interpretationis germanicae & plenioris ad hosce usus minus expedita.

Intelligis, opinor, amice Lector, quid ad condendam novam hanc Phrasiologiam me impulerit. Multos à multis annis institutionis in publicis scholis vidi defectus, quibus cum publice nō potuerim, privatim mederi subinde studui. Alios ut tacetam, de quibus aliās, sc̄p̄ aḡrē tuli nimis lento in latinā lingvā puerorum adolescentium progressus, qui in plerisq; etiam adulterioribus & laboribus trivialium scholarum jam defuncti vix intra mediocritatem consistunt. Neque tamen vel ignavia, vel metu heic obtorquent scholarum Hercules. Oppugnant Barbariem, etiam si è voto non expugnant. Arma, quibus utuntur, sunt styli exercitia meditata & extemporanea, libera & ad certi autoris imitationem adstricta: vernacula modō latinā, modo latinam vernacula mutant linguā. Accedunt latini Autores, Cicero, Terent. Plautus, quibus prælegēdis, explicādis, resolvendis, ediscendis tēpōs non parum impenditur: exigitur quoq; in famili-

P R A E F A T I O.

familiaribus colloquiis latini sermonis usus: Quæ equidem omnia proba & planè necessaria esse judico. Hoc vero miror, cum tot docti viri, quos in exordio præfationis huj' nominavi, studij operamq; ad concinnandas phrasiologias haec tenē contulerint, usumq; earum & necessitatem scholis prolixē commendarint, tam paucas esse scholas publicas, quæ, inter ordinarias lectiones & adminicula latini sermonis docendi disegnatiq; locum horasq; certas Phrasiologii assignent, easq; à discipulis non minus, quām Cic., Epistles & orationes Plautiq; vel Terentii comedias exigant & repeatant. Cuxi faminā illa Virgilianā equidem non dubito, quin multi meliora heic videant & probent; quamvis interim sequantur deteriora. Sic enim cum publicis comparatū est scholis, ut, quicquid possunt, non auſt in iis emendare ludorum moderatores, qui majorum legibus tenentur, & in tantā judicio sum diversitate, invidiā haud raro premuntur.

Equidem intrepide hoc ausim affirmare, inter omnia pure latinitatis compendiosè & feliciter comparandæ media, nostris hisce temporibus, quibus vernaculus non est latinus sermo, nullum esse expeditius, quām exquisitz plenique Phrasiologiz exercitium, inter publicas aliās scholarum operas, singulam diebus frequenter. Nec sola in hanc me sententiam adducit ratio, quam tamen solidam certamq; esse scio: sed vel in primis experientia, eaq; non aliena, sed propria & mea: quā frētus hoc tibi, amice Lector, affirmo, hujus quam publicis usibus jā destine, Phrasiologiz adminiculo, paucorum mensium

P R E F A T I O.

stum spatio, olim x i r. annorum pueros plures latini sermonis eleganias didicisse, & ad quos- vis usus in promtu habuisse, quam si triennium integrum Ciceronis Epistol vel Terentii co- mudiis in publica schola explicandis, ediscēdis, recitandis impendissent. Imò & in novem anno- rum pueris similia jam nunc occurrunt specimi- na. Neq; mitaberis, amice Lector, si ad rem pa- tannem probè attenderis. Tres quatuorve Epi- stolarum Ciceronianarum libri, tres quatuorve orationes, una & altera Terentii Comœdia (qui- bus publicè pro more explicandis trienniū ferè aut quadriennium in sumi consuevit) quotam quoze, purè latinitatis per tot veterum volumi- na diffusæ particulam continent? Et quotus- quisq; classicum è trivialibus scholis ad Academias vel Gymnasia omnes paucorum illorum librorum phrases secum effert & exprimitæ me- moria ad omnes loquendi scribendive usus pro- fere? Accedit & hoc incommodi, quod ex ratio- nibus intervallis ad hæc interpretationum exer- citia redant discipuli; singulis septimanis ferè ter, aut quater, ad summum: ubi sine præceden- tiū repetitione, quæ nimis longa foret, ad se- quentia advertendus animus, in quo magnam partem oblitterata jam sunt priora: quia labilis est puerorum & adolescentium memoria, cui alte & firmiter nihil impresseris sine exhortima repetitione, inculcatione, & ad quosvis usus cō- tinuata applicatione. Hæc quamvis tardioſa esse difentib⁹ & docentibus soleat, ita tamen est ne- cessaria, ut sine ea expeditus sperari progressus haud possit. Quæ cum à multis annis incommo-

da dege

A U T H O R I S.

da deprehenderim & à meis evitari domesticis optaverim, commendare iis Phrasilogias cœpī: quamvis interim ab Autorum lectione non ab- straxerim, postquā aliquousq; feliciter progres- sos animadverterem. In tantâ verb libellorū ca- piā, cum, ut ante dixi, non occurret, qui ubi- que yoto meo responderet, ipse in me tā diosum hunc laborem recepi, & quod in aliis omnibus, quos quidem videre mihi contigerat, desidera- bam, supplere institui. Libuit igitur mihi ad le- xī normam informare Phrasilogiam, singu- lisque verbis, (Φερωνίς enim præcipua pars verbū est) secundū literas, ordine digestis sub- jicere nativas cum nominibus & particulis con- structiones, additā ubiq; plenā planāq; germani- ca interpretatione, ut ne in minimis quidem hæfitandi occasionem tironi reliquam facerem. Contraxi autem in hunc librum universę latin- tatis soluta præsa puraç; oceanum, in quæ noīn unius Ciceronis se flumina exonerant, non u- nius Terentii, aut Plauti, sed omniū, qui ex la- tina puraç; antiquitate modò reliqui sunt & do- torum commendantur suffragiis. Herculeum laborem hunc, in sola tamen lingua latina, jam pridē exantlarunt doctissimi quiq; viri, ex quo- rū symbolis congestus est pretiosissimus ille la- tinx thesaurus, cui fori Romani nom en- tandē impositum, quod in urbe Romā olim ve- tustissimum & ornatissimum visebatur, nom ini- bus Regum, Consulum, Dictatorum, Tribu no- rum, Triumphantorum, ad Augustum usq; in- signitum. Et hac qui dem axiomatica appellat a- gione dignissimus hic thesaurus, qui, quicquid d-

16

anova

P R A E F A T I O.

nominum & verborum phrasiumq; est Romana-
num, hoc est, latinarum, inscriptum est. Ex
hoc oceano extracta præ sens hæc nostra Medulla,
præse puræq; latinitatis latino-germanica:
de cuius usu jam porro agendum. Et primum
quidem quasi lydium lapidem latinæ lingue
tironibus exhibeo. Si phrasis aliqua occur-
rit suspecta, ad hunc festinat lapidem, literis-
q; ducibus, sedem ejus, hoc est, verbum inve-
stigent, omnesq; ejus cum nominibus & parti-
culis constructiones percurrent. Examen hoc si
sustinuerint, exemptum sibi scrupulum Barba-
rismi putent, sive eadem planè vocum earum
dem occurrit constructio, sive analogia ejus-
dem verbi cum similibus nominibus vel parti-
culis. Neutrū si invenerint, abstinere tirones
malim, quam incertæ se alex committere: et si
fortè à doctioribus defendi phrasis possit. O-
mnes, vel certè præciuas, cuiusque verbi phra-
ses exhibebit tibi singulorum verborum inspe-
cio. Idem Phrasilogia in titulos distributa
non præstabunt.

Deinde si in autore Latino tironi phrasis oc-
currerit, quam forte nesciat germanicè inter-
pretari, ad hoc quasi oraculum confugiat, & per
verbi cuiusq; vestigia eam querat: ubi vel e-
jus tem, vel analogæ congruam interpreta-
tionem inveniet. Quo uti possunt substudio & ii,
qui germanicæ nostræ linguae ignari sunt, ejus-
q; discendè tenentur studio. Siquidem omnes
fortè latinitatis puræ phrases medulla hæc ger-
manicè interpretatur.

Porrò, ut supra dixi, latinæ elegantia com-
pendio-

A U T H O R I S.

pendiosè addiscendè nulla est promptior ratio,
quam quæ hoc meo & aliorum suggestur con-
filio. Habes heic medullam ex omnibus auto-
ribus immensa doctissimorum virorum lectio-
ne extractam. Hanc integrum evolvere tibi pau-
corum mensium spatio licebit: confidere ex tot
voluminibus sine multorum annorum labori-
bus & lucubrationibus non licebit. Vnde tanto
temporis impendio & tam ambagioso studio ad
puræ latinitatis metam pervenient, qui ab au-
torum lectione & interpretatione discendi ini-
tium faciun, potissimumq; in ea spem positam
habent, vix intra decennium hoc absoluunt cur-
riculum. Quanto verò hæc nostra via sit bre-
vior, experimentum te, amice Lector, meum
docebit.

Anno M. D. C. XXVII. 16. Aprilis, medullam
hanc cæperunt discere duodecim annorum tres
pueri, qui ejusdem anni viii. Octob. felicissi-
mè eam absolverunt, & postmodum, sequentis
anni spatio, inter alia studia, eandem repetendè
quater absolverunt, tanto cum fructu, ut ante
decursum biennii in numerato phrases omnes
habuerint, & quamvis ordo non ita rigide exi-
geretur, sponte tamen & sine cura, si verbi ali-
cuius phrases juberentur reddere, quasi è libro
lectas ordine omnes reddiderint. Crebra enim
illa repetitio velut in sanguinem omnes verte-
rat, & ad omnes usus promptissimè subministra-
bat, sive latinè animi sensa esse proferenda, si-
ve germanicæ latine vertenda. Sed & hoc ne i-
gnores, amice Lector, qui præuentem me sequi
fortè animum inducis, cum hoc phrasum exer-
citio

P R A F A T I O

citio quotidie me styli conjunxisse exercitia, ea-
q; ex ipsis deponpta phrasibus, unius & alte-
rius pagina phrasibus germanicis uterunq; con-
nexis, & ad epistolam vel narratiuncula formu-
lam redactis: ut & hoc modo memoria exerce-
zetur, habitus induceretur, & ad usum maturè
omnia transferrentur. Postq; um vero semel at-
q; iterum repetendo tota hęc medulla ad finem
perduta fuerat, eadem styli exercitia per unius
& alterius literę phrases ampliora singulis die-
bus sunt frequentata, ut memorię periculum
faceremus, habitum firmaremus, omnesq; ele-
gantias familiarissimas ad omnes usus redde-
remus.

Tandem & hoc moneo, cum primum hoc
phasiologiam studium aggredemerum, unum hos
nobis fuisse ēḡoī: reliqua vel planè seposita,
vel non nisi parcissimè tractata, ne parva jam de-
laberentur. Nulla n. validior expedite progres-
suris inicii potest remora, quām si multis simul
onerentur, singulisq; horis aliud agant. Tam ve-
rum, quām vulgare, illud: Plurib. intentus mi-
nor est ad singula sensus: pr̄sertim in pueris &
adolescentibus quibus alias cogitationes facile
distrahantur, & quando domi debet contine-
ri, peregrinantur. Interim in publicis scholis u-
biq; fero malum hoc invalidit, filios uiticas exci-
pias, quæ hac in parte prudentiores singulis or-
dinibus singulas destinant lestones. Ad ter-
tiam vero & quartam repetitionem, quando
pervenit fuit, aliis jam assumptis ēḡoī, ēḡoī
Hoc esse desit, ita tamen ut nunquam planè de-
posi-

A U T H O R I S.

positum fuerit: siquidem styli exercititia etiam
dotissimi continuant, quanto sunt faciliora
& jucundiora, quanto rerum gravitate & omni-
genarum sermonis elegantiarum varietate in-
fructuor est animus. Vocati hec sunt in auxilium
optimi autores & nitidissimi, qui & re-
rum ponderib. & verborum ornamenti judicia
jam confirmatiera excolare & exercitare potue-
runt: ubi amico quasi occurrū & priores sermo-
nis elegantia & recentiores rerum accessiones
sibi obuiarunt circa annum atatis sextum deci-
mum, quo certis facultatibus communia cap-
tu studia consecrari;

Cum a. Phasiologiam hanc non iis tantum
producere velim, qui manibus, oculis & animis
jam pridem eam volverunt, aut deinceps eodē,
quo primi, conatu volvent, sed & iis, qui libris
certis non adsueti, undecunq; pura latinitatis
conquirunt auxilia, locupletissimum indicem
germanicum singulas totius operis minutias
continentem adjeci, tanquam faciem magnam,
qua ad quoscurq; thesauri hujus recessus facili-
me tirorum deducet. Vix n. quicquam latinā
& elegante phrasi preferendum occurrit, ad
quod fax hęc querentem nō sit manu quasi du-
cta. Praluentem modò & praeunte sequere, tire, de errore lapsive securus. Hoc n. pro-
tereo tibi affirmo: nihil in hęc medullā offerri
tibi, quod à probatis priscais autoribus, quorum
autoritatem scholę venerantur non sit collatum
& in latinā civitate natum. Singulis phrasibus
autores subjecere nimis videbatur longum; pau-
giribus additi sunt, quæ aliquantū videri po-

P R A F A T I O

terant insolentiores. Romanum forum suas sin-
gulis natales sedes adscribit, ad quod prouoco.
Neq; quia in ætate Tullii illud non subsistit;
puro impurum miscer. Quamvis n. potestatem
illam, verba sunt Cælii Rhodigini, miscella si-
gura se intulerit, ubi jam auctiore imperio, da-
taq; pessum Romanâ libertate, gentibus com-
municata civitas diversissimis est, ex quarum
velut voragine loquendi sinceritas concussa in-
primis in barbarum ferè dilapsa sonum sapere
Gothicum capit & omnino peregrinum: tantæ
tamen infelicitatis non est damnatum seculum,
ut sinecæ latinitatis nihil retinuerit, aut ubiq; à
majorum felicitate deficerit, proscribique è
comitiis latinis meruerit. Prodierunt ab illis
temporibus terci scriptores, quæ tantum ab eis
ut stylis confodiant critici, ut potius imitati eos
& sermonis genium exprimere gloriosum sibi
ducant. Et si maximè in magnâ illâ copiâ barba-
rum quiddam obreperet vel obstreperet quandoq;,
anne ideo elegancia & exquisita reliqua
essent repudiana & ad barbaros ableganda? E
solis temporibus & seculis extimare eruditio[n]e
& elegantiam iniquum est. Cadunt s[ecundu]m anti-
qua & majori cum gratia resurgunt nova; quod
ipso quoque Tullii factum seculo, quo horri-
diori priscorum stylo successit tertior & cultior,
quem etiamnum miramur & veneramur, ita
eamen, ut ne nostrum quidem hoc seculum, vel
sub frigido septentrione, latinitatis pura omni-
no sterile arbitremur esse. Quot n. elegantia ha-
stenus vel sola Germania, literatissima nobis
scripta dedit, quæ, si latini sermonis puritatem
spectes,

A V T H O R I S.
spectes, etiam Tulliano seculo dubiam facere
palmarum id est possunt? Interim ex hisce nostris
temporibus nihil mihi visum delibare, nihil in
hanc Medullam inferre, quæ non nisi priscâ au-
toritate scholis commendanda & ab omnino no-
vitatis exceptione vindicanda.

Tu, Lector, nostris hisce fruere labo-
ribus, à quibus avocare nos poterat lenge
alia studiorum ratio, nisi pueritia & a-
dolescentia nobis aliquando successura
invitasset cogitatio, que nihil non impe-
trare ab iis debet, qui communi hominū
bono se natos credunt. Non igitur invi-
debo aliis gloriam è decumanis volumi-
nibus questam, dum parvula bac par-
vulis profuisse intellexero: quando & i-
psi illi Heroes ad illud nunquam evo-
lassent culmen, nisi hisce primum sub-
levati alis. Hisce longum te, amice

Lector, jubeo valere. Dab.

XVII. Julii, Anno

M. DC. XXXIII.

Bene-


P R A E F A T I O.

etem tam necessariā supellecīli diu-
tiū defraudare : præsertim cùm pru-
dens præceptorum diligentia hoc da-
mnū haud difficulter resarcire queat.
Nimirum si has phrasēs pro discipulorū
captu non solum statis horis explicave-
rint, sed etiam continuis judiciosq; sty-
li exercitiis in succum & sanguinem
converterint. Vale feliciter, nostrosq;
cosatus à sincero boni publici studio

profectos candidè interpretare.

Albae Julie V. Kal. Februa-
rii, 1646.

Johannes-Henricus Bis-
terfeldius Theologia
& Philosophia in Il-
lustri Scholâ Albenſi
Professor.



BENEVOLO AC SED U-
lo Lectori Salutem.

F Ræclarum hujus Phrasiology
usum Summi deq; Scholis ac Ec-
clesiis meritissimi viri, D. Wendehni,
præfatio satis demonstrat. Quo insigni
thesauro ut juventus nostra, hac tenus
sat infeliciter puræ Latinitatis saxum
volvens atq; revolvens, uti frui posset
& Clarissimo D. Piscatori p. m. & mihi
jam ante triennium, visum fuit consul-
tum, illum hic denuò typis describere.
Habebamus quidem in votis paulò ante
laudati autoris diligentiam imitari, ac-
curataq; interpretatione Hungaricā ac
plenissimo Indice editionem locupleta-
re, verum cum ejusmodi versio nec in-
promtu esset, nec typographica subsi-
dia tanto libro necessaria suppeterent,
satius putavimus medullam hāc exigua
formā exhibere, quam studiosam juven-

MEDULLA LATI-

NITATIS.

A B.

1. Abalienare

est.

Alien facere.

*El.-idegeniteni.*Abalienare aliquem ab
aliquo.animum alicujus ab
aliquo: idē quod
aliquē ab aliquo
abalienare.benevolentiam ali-
cujus ab aliquo.
pecuniam.

predium.

Abalienari jure civiū.

2. Abdere, abdidi,

abditur.

El.-reiteni.

Abdere se literis.

aliquid intra vestem

& sub veste.

aliquem in insulam.

A B.

stultitiam.

se in locum.

se in ecclsum.

se in solitudinem:

se in teſto ſuo.

ſe domum.

ſe rus.

ſe ex conſpectu ali-

Abditæ res. (cujus-

loca,

voluntas: ſenſus.

3. Abdicare.

*Meg vetni. El-**hag yni.*

Abdicare legem:

Magistratum:

ſe magistratu:

ſe consulatu: tugen-,

libertate.

4. Abducere, ab-

duxi, abductum.

El.-vinni.

Abduc-

A. B.

Abducere aliquem à molestiis & angori-
bus.
à consuetudine ali-
cujus rei.
ab instituto suo.
ab officio aliquem,
à studio.
à Republica.
à rebus gerendis,
aliquem à fide.
aliquem ad nequitia-
m in servitute. (am.
vi aliquem.
aciem mentis à con-
suetudine oculorū.
animum à solicitu-
dine).
à cogitationibus,
discipulos ab aliquo
discipulum à præce-
ptore. (ad se.
equitatum ab aliquo
seruum ab aliquo.
uxorem à vita.

5. Abequitate.*El-lovayzani.*

Abequitate Romam.

6. Abertare.*El-leveyedni.*Abertare à communi-
nitate.**A. B.**

à levitate alicujus
ad alia. (non multi
conjecturā.
inter se,
proposito.

7. Abesse, abſu-*Távolleanni.*

Abesse à bello.
à cogitatione.
à contentione.
à consilio fugiendi.
à culpa.
à domo.
à laude aliqua.
à maturitate.
à molestiis.
à scelere.
à signis.
à sententia alicujus.
à spe Consulatus.
à suspicione.
ab auribus & cogita-
tione.

ab oculis.

alicui.

bidui.

iter pacorum dies
longe gentium.
prope.

spatium magnum.

urbe.

Abest mihi animus

A. B.

Abesse non potest, quin
&c.

Abſit.

Abſit yerro invidia.

Non longè abeft,
quin.

Plurimum abeft illis
de maximarū re-
rum scientiā.

Tantum abeft, ut
hoc mihi patiar
persuaderi, ut ne
audire quidem
suffinea m.

Tantum abeft, ut
hostium adventu
perturbentur, ut
potius accandan-
tur.

8. Abhorre. *El-
iszonyodni.*

Abhorre à fide.

à re aliqua.

à re uxoria.

ab auribus.

ab uxore:

aliquem

Abhorret à studiis.

Abhorret autis & a-
nimis à nobis.

Abhorret facinus ab

illo.

Abhorret vero.

A. B.

Consuetudo à nobis
non abhorret.
Voluntas illius à me
abhorret.

9. Abigere, abegi,
abaſtum. *El-ázni,**El-haitani.*

Abigere ab ædibus.

aliquem à se.

gregem : pecora.

muscas.

nubes.

partum vel factum.

Abactus magistratu.

Res furto abacta.

10. Abire.*El-menni.*

Abire à jure.

ab aliquo. Terent.

ab emtione.

ad aliquid. ut: Quid

ad ipsas ineptias

abis?

ad vulgi opinionem

domo.

è vita.

ex oculis : vel è con-

spectu alicujus.

exultatum aliquo

in aliquid.

in auras abire.

Poena abolevit. Gel.
21. Abradere, ab-
rasi, abrasum.

El-nyirni.

Abradere baibam.
falce acutâ.

22. Abripere, ab-
ripui, abreptum.

El-ragadni.

Abripere à complexu.
è complexu.

à terra.

ad quaſtionem.

in ſervit utem.

aliquem in vincula.
abripi à parentis fi-
militudine.

Natura cum abript
à ſimilitudine pa-
rentis.

Abripi tempeſtate
in aliquem locum

23. Abrumpere,,
abrupi, abruptum.

El-szakaſtani.
Abrumpere diſsimula-
tionem.

metum.
etium.

patientiam.

ſpem.

Abruptus fermo.

Abruptus locûs.

24. Abrogare.,

*Fel bontani. Erejet
el-venni.*

Abrogare alicui impe-
rium.

poteſtatem alicui.

legem:

alicui fidem. aliaſ:

derogare alicui fi-
dem.

mulſam.

25. Abscedere, ab-
ſcēſſi, abſcēſſum.

El-távozni.

Abscedere è conſpecta
alicujas.

inceo pro.

Ira ab eo citò abſce-
dit.

Sol abſcēſſit.

26. Abſcindere.,

abſcidi, abſcēſſum.

El-vágni, El-me-

tszeni.

Abſcind-

Abſcindere caput ali-
cui.

venas.

linguam.

querelas.

fibi reſpectū o mini-
um rerum preter-
quam vitoria.

ſpem omnem.

abſcissus à continēti

27. Abſcondere.,

abſcondi, abſcon-
ſum & abſconditū.

El-reyteni.

Abſcondere in terram.
ſultitiam peſto re

penitifffimo.

28. Abſtīſſe, ab-
ſtīſſi.

El-állani.

El-hag yni.

Abſtīſſe bello.

imperio.

incepto.

obſidione.

pugnā.

29. Abſolvere, ab-
ſolvi,

abſolutum. est

1. Perficere.

2. omnino liberare

El-fabaditani.

El-vegezni.

Abſolvere aliquem in-
juriarū.

impiobitatīs.

Majestatis.

fufpicio regni.

ſe judicio ab aliquo.

aliquid paucis.

bellum.

opus.

penſum.

provinciam bello.

dealiqua re paucis :

de prævaricatione a-

liquem.

Absolvı omnibus

fententiis.

absolutus adulterii.

cadiſ.

furti.

Numeris omnibus

absolutus.

30. Abſorbere, ab-
ſorbi & abſorpsi,

abſorptum..

Föl hörpenteni.

El nyelni.

Gloria xſtus cum ab-
ſorbut.

confve.

8 A.B.

consuetudinis aestus
cum absorbet.

31. Abstergere, ab-
sterni, absternum.

El-törlemi.

Abstergere calumniam
dolorem.
fastidium.
fletum.

Synonyma sunt:
auferre, detrahe-
re, levare, abige-
re, deducere fa-
stidium.

lustum.
maculam famæ, vel,
nominis.
metum animi.
molestias.

32. Absterrere, ab-
sterrui, absterritum.

El-ijsfenni.

Absterrere anseres cla-
more de frumentis.
aliquem à pecunia
capiendâ
aliquem à se.
supplicem à se.

33. Abstinere, ab-

A.B.

stinui, abstentum;
Magat meg-tar-
toztatni valami-
töl.

Abstinere aliquâ re, &
ab aliqua re.
à se manus,
cibo.
imperio.
injurâ.
jurgisi.
ignem à domo.
manum alieno.
manus ab alienis.
negotiis.
publico.
se ab aliquo.
se alieno.
se hereditate alicujus.
se virgine.
urbe.
vino:

Alieni abstinen-
tissimus.
Construitur etiam
cum infinitivo: ut
abstineant nobis in-
videre.
abstinentes oculi &
manus.

34. Ab-

A.B.

34. Abstrahere, ab-
straxi, abstractum.
El-vonni.

Abstrahere à consuetu-
dine & exercitatio-
& disciplina. (ne.
aliquem in altum.
aliquem in servitutē
aliquem ad suppli-
cium.
aliquem è conspectu
alicujus.

civitatem à servitio.
copias ab aliquo.
de complexu aliquē.
è fini & gremio.
se à corpore.
se à solitudine.

35. Abstrudere,
abstrus, abstrusum

El-reyteni.
Abstrudere aliquid in
profundo.
se in sylvam.
se inter aliqua.
tristitia.
abstrusus animi do-
lor.
abstrusus homo.
abstrusa studia.

A.B.

36. Absumere, ab-
sumpsi, absumptū.
Meg emésteni. El-
költeni.

Absumere diem.
opes in aliiquid.
tempus.
vinum:
illuvies absumisit.
incendium absumisit
domos.
mortibus eum absu-
mit.

37. Abundare.

Eövelkedni.

Abundare copiâ fru-
menti.
divitiis.
doctrinâ & ingenio.
honerbis amplissi-
mis.
laudibus.
lætitia.
otio.
pecuniâ.
sapientia.
vitiis.
Exabundanti.
Quintil.

Abuti

10. A.B.

38. Abuti, abusus
sum.

*Gonoszul, avagy
vifzsz a elni vele.*

Abuti auribus alicujus
facilitate alicujus.
ingenio.

obseqvio alicujus ad
omnes res. Cic.
patientia alicujus
rem aliquam & ali-
quare.
sermone alicujus
pro mandatis.

Abuti; veteribus etiā
in bonam partē ac-
cepsum; pro consu-
mere: & promiscue
accusativo & ablati-
vo junctum: ut:
operam abuti in ali-
quare. Terent.
h. e. collocare,
consumere.

Tempore quod con-
cessum est, abuti.

A.C.

39. Accedere, ac-
cessi, accessum.
Ellozzá jarolni,

AC.

Accedere ad aliquem.
ad alijvem cominus.
ad aliquid. ut: ac-
cessit ad reliquos
meos labores etiā
hoc.
ad aliquid maximè.
ad amicitiam alicu-
jus: ut: Civitates
ad amicitiam Ce-
faris accesserunt.
ad aurem alicui.
ad conditionem ali-
cujus.
ad passionem.
ad pedes alicujus.
ad rem publicam.
ad alicujus sententiā
ad similitudinem a-
licujus rei.
ad societatem rei.
ad viciniam alicujus
rei.
ad veritatē propius.
Alicui maximè.
in plerisque alicui.
intro.
in funus.
in ornamentum o-
peris.
mœnibus & ad mœ-
nia. Liv.
propius.

Accede-

AC.

Accedere propè ad si-
militudinem alicu-
jus rei.
Accedit mihi anim⁹.
Accedit febris.
Accessit sermo ad
aures meas.
Accedere nihil potest
ad amorem.
Accedit plurimum
pretio.
In empionibus di-
citur accedere
quod additur,
Accessit ei aliquid
pecuniaæ.
Accessit operi exre-
ma manus.
Accessit vino & tas.
Accedit huc quod
&c.
Accedit eò quod &c.
Accedit, quod.

40. Accelerare.

El sietni.

Accelerare gradum.
iter.

41. Accendere, ac-
cendi, accensum.

Fel gyuitani.

A.C. 11

Accendere ad certami-
na.

affectus in amorē sui
desiderium alicujus
facem. (rei.
febrem.

Synonyma:
adducere,
afferre,
concitare.
moveare febrem.

sitim.
spem.
in poenam aliquem.
in rabiem.

42. Accersere, ac-
cessivi, accersitum

El-hyni, El-hozni

Vádolni.

Accersere aliquem.
aliquem ad bellum.
aliquem ad societa-
tem laboris.
aliquem criminis
furti.
aliquem Majestatis.
aliquid alicui splen-
doris.
Auxilia ab aliquo
loco.
rivenlos ad prata.

Accersere splendorem
orationi ab aliqua re.

43. Accidere, ac-
cidi. *Hozzá esni.*

Accidere ad aures &
auribus.

ad genua, ad pedes
aliquus.

Accidit ei calamitas.

Accidit divinitus.

Accidit dubitatio.

Accidit mihi facul-
tas rei bene ge-
rendæ.

accidit hoc mihi gra-
tissimum.

accidit præter omnē
expectationem.

accidit hoc præter
opinienem meam

Literis tuis nihil
gratius mihi po-
tuisset accidere.

accidit in te istud
verbum.

aliquid mali ei ac-
cidit.

egritudo ei accidit.
Si quid ei acciderit.

interdum additur
humanitas.

44. Accido, acci-
di, accusum. acci-
dere. *El-metßeni.*

Accidere res alicujus.
Res acciæ.

attenuatae.

45. Accingere, ac-
cinxii, accinxiūm.

*El-keßiteni. Fel ke-
ßiteni.*

Accingere se ad rem a-
liquam.

se ad opus & operi.

acciñi ad spem ma-
jorem.

46. Accire, accivi,
accitum. *Hozzá*

binio.

Accire aliquem in re-
gnum.

pueros.

acciñi properis liter-
ris.

47. Accipere, ac-
cepi, acceptum.

El-venni. Ertenio.

Bé fogadni.

Accipere à majoribus.
ab aliquo rationes.

ab aliquo salutem.
ab aliquo fordes.

aliquem ad se.
aliquem in amicitia

aliquem in civitate.
aliquem in fidem su-

am, vel capere in
fidem. Cic.

aliquem lepidè &
nitidè in prædio.

aliquem pro factis.
aliquem vadem.

aliquem male ver-
bis:

aliquem modis in-
dignis.

aliquid ad sententiā

aliquid in bonam
vel malam partē.

Vt volet quisque ac-

cipiat.

aliquid in deditioñē

aliquid in muneriñō

aliquid in superbiā.

aliquid auditione &
famā.

aliquid ad verbum:

non ad sententiā.

aliquid pignori

aliquid in majus.

in civitatem.

Accipere in matrimo-
nium aliquam.

in se contumeliam.
statem. de vino a-

pud Plinius dici-
tur.

auditionem de ali-
qua re.

beneficiū,
causam alicujus
cognomentum ali-
cujus.

cognitionem alicujus
rei.

conditionem ab ali-
quo:

eladēm.

consulem de plebei
decimis.

defensionem aliciu-
jus vultu truci.

Tacit. suscipere
defensionem:

detrimentum,
dolorem magnum

& incredibilem.

excusationem.

exiftimationem.

fideliam.

imperium.

injuriam.

jugum.

Accipere iurandum
ab aliquo.
legationem. Cic.
legem.
mandata ad aliquē.
monitionem pati-
enter.
muneri aliquid.
nuncium.
obsides.
omnia ad contume-
liam.
originem ab aliquo.
palmam.
plagam.
prædia in estimatio-
nem.
pro vero.
repulsum.
rudem.
stipendium de pu-
blico.
vires.
vulnus.
auribus.
auribus aquis.
auribus pronis.
verbibus.
hospitio aliquem.
Acceptus.
Constructum cum
adverbis.
Aliorum atque di-
flumens.

AC.

Accipere in aliam par-
tem ac dictum est,
asperè.
clementer.
durius aliquem.
familiariter.
laute.
moderatè aliquid.
mollius aliquid.
aliquem magnifice.
parum aliquid.
pro dignitate aliquē

48. Acclamare.
*Néki órúlni. Hor-
zá kíaltani.*
Acclamare alicui.

49. Accolere, ac-
colui, accultum.
Mellette lakni.
Accolere ædibus ali-
cujus.
fluvium.

50. Accommoda-
re. *Hezzá fábni.*
Illetni.
Accommodare sibi ali-
quid ad caput.
ad magnas res gerē-
das.

Accom-

Accommodare aliquid
in aliquid.
animum literis.
alicuti de habitatio-
ne.
curam alicui rei.

Synonyma:
adhibere curam
in aliqua re.
conferre curas in
rem aliquam.
configere curas in
re aliqua.
ponere curas in a-
liqua re.
curam auribus.
ferulas.

literas ad aliquid.
operam studio lite-
rarum.

erationem ad aliquē
voem veritati.
rationes consiliorū
ad aliquid.
se ad aliquid.
se ad nutum alicuj.

51. Accrescere, ac-
crevi. *Fel nóni.*
Cespes accrescit pectori
fumen subito ac-
crevit,

Plurimum ei acre-
vit litibus.

52. Accubare.
*Melle úlni. Fekún-
ni.*

Accubare apud aliquē
et alicui.
codem lecto.

53. Accumbere;
accubui, accubitū.
Horzák úlni.
Accumbere alicui.
cum aliquo.
epulis.

54. Accumulare.
Rakasba gyüsteni.
Egybe gyüsteni.
Accumulare arboream
vel vitem.
Plin contrarium est
ablaqueare.

55. Accurare.
*Szorgalmatoson
gondgyát viselní.*
Accurare hospites.
pensum, flaut,
prandium.

16. AC.

56. Accurrere, accurri, accusum.

Reáfutni. Hozzá futni.

Accurrere ad aliquem in locum aliquem. Romam.

57. Accusare.

Vádolni.

Reá panaszolni.

Accusare aliquem alicujus criminis. aliquem de aliqua re capitibus aliquem. crimen alicujus.

58. Acquiescere, acquieci.

Raita meg nyugodni.

Acquiescere aliquaré. alicui rei. in aliqua re.

59. Acquirere, acquisivi, acquisitum.

Meg keresni. Szerit tenni.

Acquirere amicos. benevolentiam.

AC.

Acquirere dignitatem divitias. gloriam. odorem. Plin. studia vulgi.

60. Aclitare. Gyakron cselekedni.

Aclitare causas.

61. Acuere, acuis.

Megh fenni.

Elesiteni

Acuere cultrum.

falcem

ferrum.

Plerunque metapho- rice usurpatur.

Acuere aliquē ad crudelitatem.

aliquem ad dicendū industriam.

alicujus ingenium. juventutem ad bo-

nas artes. prudentiam.

AD.

62. Adzquare. Legyen lőve tenni.

Adzquare aliquē sibi

Adz-

AD.

Adzquare memoriam nominis cum omnī posteritate. folo tečta.

63. Adamare.

Meg fseretni.

Adamare aliquid.

64. Adaperire, adaperui, adaptum.

Fel nyitani.

Adaperire caput. fore.

65. Adaquare.

Öntözni.

Megh itatni.

Adaquare equos. plantam.

66. Adbibere, ad-

bibi.

Reá készönni.

Adbibere alicui.

67. Addere, addi-

di, additum. Hozzá-

tenni. Hozzá adni.

Addere additamētum.

alacritatem scriben-

di alicui.

aliquid ad rem.

AD.

Addere aliquid in ali- quam rem.

aliquid de suo.

animum alicui.

calcar alicui

calcum album ei-

rori alicujus.

clausulam: alias im-

ponere clausulam:

cumulum commen-

dationis.

dono.

ex abundantia.

fidem.

gradum.

imperio multum.

laborem alicui rei.

literas in fasciculū.

spem & metum.

vitium pudicitia.

68. Addicere, ad-

dixi, addictum.

Néki itélni.

Néki ajanlani.

Addicere alicui suffra-

gium suum.

aliquem morti.

aliquem servituti &

in servitatem.

bona alicujus in pu-

blicum.

opus #

18.

AD.

Addicere opus alicui certo pretio vel
mercede.
ad facinus.
se alicui.
Addictam pretio fidem habere.

69. Adducere, ad-
duxi, adductum.

Hozzá vezetni.

Adducere ad concor-
diam.

aliquem ad arbitriū suum.

aliquem ad condi-
tionem aliquam, Cic. Synon. per-
ducere ad suas con-
ditiones : ad ignotorum con-
fessionem. Cic.

ad iracundiam.

aliquem ad miseri-
cordiam.

aliquem in dubita-
tionem.

aliquem in discrimē

aliquem in summam
expectationē. Cic.

aliquem in jus.

in necessitatem ali-
cujus rei.

AD.

Adducere aliquem in odium & invidiā.
in sententiam suam.
in sermonem homi-
num.
in felicitatem.
in suspicionem.
in voluntatem eam,
ut &c.
in aspectum.
in angustum.
in sumas angustias.
in controversiam a-
liquid.
in certamen aliquid.
in crimen.
in dubitationem.
in fletum.
in metum.
in opinionem.
in ordinem. Syn:
disponere in or-
dinem.
in spem.

animum alicujus ad
indigationem.

arcum.

ramum.

rem ad mucrones &
manus. Tacit.

lorum.

tedium alicujus rei

vultū

AD.

Adducere vultum ad tristitiam.
se in consuetudinem.

Adduci passivē.

amicitiā.

metu.

mercede.

odio.

precibus.

pietio.

rationibus,

spe.

Res eō adducta est.

Non possum ad duci
ut credam, ut fa-
ciam.

70. Adedere, ade-
di, adesum. *Eléni*

Meg emeſteni.

Adesa bona.

Adesę omnes Fortune.

Adesa pecunia.

71. Adequitare.

Hozzá nyargalni.

Hozzá égetni.

Adequitare portæ.

cafris. Tacit.

72. Aedesse, adfui.

Jelen lenni.

AD.

Aedesse ad aliquid faci-
endum.

ad exercitum.

ad judicium.

animo.

animo æquo.

alicui contra aliquē.

alicui in periculo.

alicui contra alium.

alicui praesentem.

in confilio.

in judicio alicui.

in tempore.

pugnæ.

Rebus alicujus.

73. Adhærere, ad-
hæſi.

Hozzá ragaszkodni

Rea ragaszkodni.

Adhærere alicui & ad
aliquid.

Lateri alicujus.

ad columnam.

ad aliquam discipli-
nam.

Adhærefere ad Sa-
xum.

74. Adhibere, ad-
hibui, adhibitum.

Hozzá adni.

Hozzá

200 AD.

zá tenni. Hozzá fogui.

Adhibere aliquem arbitrum.
aliquem patronum.
aliquem coenæ.
aliquem in consiliū.
aliquem liberaliter.
animum.
Animum fortē.
Aures alicui.
autoritatem ad aliquid.
auxilium.
calcaria alicui.
cautionem.
celeritatem.
conscientiam alicui.
consolationē alicui.
contentionem.
Crudelitatem vel sa-
vitiam in aliquē.
eurationem.
cultum alicui. ut:
Deum colimus.
curam de aliqua re.
curam & diligentiam
in aliquid.
delectum in aliquā
re. Synon: agere,
habere, institue-

AD.
re, tenere, facere
delectum.
Adhibere diligentiam
dolum:
fidem alicui rei.
fidem in alicuius
periculis.
fletum in funeribus
frenum alicui.
gravitatem in ali-
qua re.
latebrā obscuritatis
lumen rei
omnes machinas ad
aliquid.
animi magnitudinē.
medicinam alicui.
medicum.
misericordiam in a-
liqua re.
moderationem.
modum.
nervos.
officium erga aliquē
ornamenta ad ali-
quā rem.
parsimoniam
preces.
reverentiam adver-
sus aliquem.
severitatē in aliquo.
studium ad discipli-
nas.

testē

AD.

Adhibere testē Deum.

tormentum alicui.
vim alicui.
vinum ægrotis.
se in consilium.
adhiberi ad causas.

75. Adhortari, ad-
hortatus sum.

Reā inteni.
Adhortari aliquem ad
aliquid.

76. Adjacere, ad-
jacui.

Mellette fekunni.
Adjacere alicui.

77. Adigere, adegi-
adactum. Erōtēti

Kenſeriteni.
Adigere aliquem ad
insaniam.

aliquem ad jusjurā-
dum & jurejurā-
do.

ensem in pectus.
aliquē in verba sua.
naves.

adigi necessitate.
Tormentum non
potest adigi.

AD.

78. Adjicere, adje-
ci, adjectum.

Hozzá adni.
Mellé vetni.

Adjicere aliquid.
aliquid doctrinæ.
animum ad aliquid
& alicui rei.
animum ad uxorem.
animum consilio &
ad consilium.
calculum alicui.
calculum album er-
rori.

gloriam doctrinę ad
belli laudem.
oculos alicui rei, o-
culos ad aliquā rem.

79. Adimere, ade-
mi, ademptum.

El-venni.

El-venni tôle.
Adimere aditum urbis
agritudinem:
alicui i causam.
alicui civitatem.
Synonyma sunt:
civitatem eripere.
ē civitate ejicere.
euras

22 AD.

Adimere curas alicui.
facultates alicui.
fortunas patrias ali-
cui.
memoriam.
mentem.
metum.
potestatē alicui de-
plorandæ calamiti-
tatis.
spem.
sonnum alicui.
vincula alicui.
vitam.
vocem alicui.

§ 0. Adipisci, ade-
prus sum.

El-nverni.

Adipisci aliquid studiis
cognomen.
gradus amplissimos
dignitatis.
honores. *Cic.*
jus
magistratum.
ordinem senatoriū.
palmam.
senectutem.
victoram, alias,
consequi, repor-
gar.

AD.

8 1. Adire. *Hozzák
menni.*

Adire a eam.
hæreditatem.
inimicitias.
in jus de re aliquā.
alicuem.
alicuem de re aliquā.
alicuem per episto-
lam: vel scripto.
ad locum.
ad rem publicam.
ad causas ornandas.
periculum & ad pe-
riculum.
periculum capititis
vel mortis.

8 2. Adjudicare.

Néki ítelni.

Adjudicare aliquid a-
licui.
causam alicui.
salutem alicui alicu-
jus rei. e. g. Salu-
tem civitatis tibi
adjudicamus.
alicuem in servitu-
tem.

8 3. Adjungere, ad-
junxi, adjunctionum.

Hozzák

AD.

*Hozzá tenni. Hoz-
zá kaptolni.*

Adjungere auxilium
sibi.
accessionem ædibus
animum ad studia.
alicuem ad necessi-
tudinem suam.
alicuem sibi benefi-
cio.

alicuem ad amicitiā.
alicuem sibi socium
decus alicui & di-
gnitatem.
diligentiam sibi alicui.
fides alicui.

provincias multas
ad regnum,
uxorem sibi.
se ad alicuem.
se ad causam alicui.
se alicui comitem.
se fuga alicujus co-
mitem.

se ad alicujus ratio-
nes.
se propinquitate ad
alicuem.

8 4. Adjuvare.

Meg segíteni.

AD.

23

Adjuvare aliquem in
aliquā re.

alicuem ad aliquid.
e. g. auxilio, con-
filio, manu, ope-
râ, prudentiâ, pe-
cuniâ.

hæredem,
facultates alicujus,
insaniam alieni jus.

Adjuvari ab aliquo
de aliquā re.

Adjutor.
esse alicui adjutorē
in aliquā re ad
aliquid.

8 5. Admetiri, ad-
mensus sum.

Meg mérni.

Admetiri frumentum
alicui.
vinum alicui.

8 6. Adminiculare.

Megh támogatni.
Gyamolitani.

Karózni.

Adminiculare vitem.

8 7. Administrare.

Ki-

Ki-βolgáltatni.

Odaβolgaltatni.

Igazgatni.

Gondgyat viselni.

Administrare aciem.

bellum:

civitatem.

judicium.

manus suum.

negotium.

Pocula alicui.

provinciam.

rem familiarem.

Rempublicam.

Sementem.

vindemias.

88. Admirari.

Tsudalni.

Tsudalkozni.

Admirari aliquem.

aliquem in re aliqua

brevitatem epistole,

de aliquo.

89. Admīscere, ad-

mīscui , admīstum,

& admīxtum.

Eg ybe eleg yiteni.

Admīscere aliquem.

Admīscere aliquid is
aliud.

aliquid cum aliquo-

se alicui negotio.

se ad aliquid consi-

lūm.

90. Admittere, ad-

misi , admīssum.

Bébot satani.

Reá hagyni.

Jóvallani.

Bünt tenni.

Admittere aliquē ad se
agnos ad matres.

aliquem in domum.

aliquem ad suas ca-

pfas.

aliquem ad collo-

quium.

ad consilium.

aliquid auribus. *Liv.*

aliquid in aliquem.

culpam in se.

dedecus.

delictum.

diem.

equum. *(jus.*

excusationem alicu-

flagitium rei mili-

titis.

fraue.

Admittere fraudem.

in cubi culum.

partum ad ubera.

solem.

solatia.

Admitti in animam

judicis. *Quintil.*

Admitti per regulas.

91. Admonere, ad-

monui , admonitū.

Inteni.

Meg inteni.

Admonere aliquem.

aliquem aliquid de-

aliquāre.

aliquem alicujus rei

aliquē alicujus ve-

bis.

Admoneri ad ali-

quid faciendum.

ad aurem admoneri.

92. Admōvere, ad-

movi , admōtum.

Hozzá tenni.

Mellé hoz ni.

Admōvere aliquid ad

nares.

aurem.

alicui crutiatus.

Admōvere calcatia e-

quo.

eqvum alicui.

exercitum ad urbē.

faces verborum.

faces doloris alicui.

manus alicui rei.

stimulos alicui.

terrem.

vim.

aliquem altari.

se proprius.

93. Adnatare.

Reá usni.

Melle usni.

94. Adnare.

Idem.

Adnatare insulæ. & ad

insulam.

Adnare naves. *Casar.*

95. Adniti.

Igyekzni raita.

Rea törekedni.

Adniti aliquid.

de realiquā.

omni opere, ut ali-

quid fiat.

96. Admurmurare.

Rea morganí.

*Migābā valamīn
dörgölödni.*

Admūnurāte dicuntur, qui rem aliquam planè nec probat, nec improbat: interdū tamen est murimure obstrepere.

97. Adobruere, adobrui, adobrutm.

El lepni:

Bé buritani.

Adobruere semina.

98. Adolescere, adolevi, adultum.

Fel nevekedni.

Idejben öregbedni.

Adolescere in partum, in tria cubita triennio. Plin.

sensim.

adolescit sordacia.

adolescunt opes.

adolevit ad eam ætate, infans,

cupido potentia.

adultus, a, u.m.

ætate adulta homi-

nes,

autumnus adulitus,
dies adulitus.
ver adulturn.

99. Adoperire, adoperui, adoperitū.

Be födni.

Be buritani.

Adoperire caput, radiculas.

100. Adoptare.

Mellé fogadni.

Hozzá venni.

Válaßtani.

Adoptare aliquem defensorem.

aliquem sibi filium

& pro filio.

aliquem in suas di-

vitiis.

se alicui ordinī.

101. Adoriri.

Reá útni.

Reá támadni.

Reá rohanni.

Adoriri est ex insidiis aliquem repellere invadere.

Adoriri aliquē surgīs aliqui

aliquem à tergo.
civitatem.

Adoriri interdum idē est, quod conari, aggredi: & construitur cum initivo: ut: Liberatis recuperande gratiā tyrrannum interficere adoruntur.

102. Adornare.

Fel ekesiteni.

Fel késiteni.

Adornare accusationē bellum.

benefacta sua verbis fugara.

mare classibus.

naves.

nuptias.

viaticum alicui.

103 Adrepere: adrep̄si, adreptnm.

Reá mássni.

Adrepere ad alicujus amicitiam sensim, animo alicujus.

104. Adorare.

Imádní. Tisztelní.

Adorare aliquem, curam alicujus. Plin.

adoramus curam priscorum in inventiendo, intradēdo dignitatem.

105. Advehere.
advexi, adveclum.

El-hozni.

Advehere aliquem secum.

m agnum frumenti numerum.

rei frumentariaz copiam advestare.

106. Aduenire.

El-jóni.

Advenire ab aliquo loco & ex aliquo loco.

alicui h.e. ad aliquē in tempore opportune.

opratō.

Advenit hora proficiendi.

morbus.

feneſtus.

107. Adventare.
Jódögelní.

28 AD.

El-közölgetni.
Adventare ad locum.
adventat dies.
excidium Reipublica.
senectus.

108. *Adversari.*
Ellenködni.
Ellen allani.
Adversarialicui.
aliquid.

109. *Auditerere,*
adverti.
Hozzá fordítani.
Reá fordítani.
Adevitare animum.
abimo.
animum alicui rei.
navem aliquò.
oculos aliquò.
parsimonia.

110. *Advigilare.*
Reá vigyazni.
Foglalatosnak len-
ni valamiben.
Advigilate est operam
dere: diligenter
attendere.

AD.

Advigilare ad ignis et
studiam.

111. *Adulari.*

Hizelkedni.

Szorgalmatofor,
reáfigyelmezni.

Adulari alicui,
aliquem.
fortunam alicujus.

112. *Adulterare.*

Meg feplősteni.
Meg rontani.

Meg vésztegetni.
Adulterare judicium
idem quod cor-

rumpere.
jus pecuniá.
literas.
matronas.
merces.
monetam.

113. *Adumbrare.*

Arnyékozni.

Kovetni.

Abrazolni.

Adumbrare, est pro-
priè pictorum, qui
prius rudib' qui-

AD.

busdam lincamē-
tis quasi umbra-

aliquid effigiant
vel representant,
quām colores &
pigmenta addant.
aliquid: idem quod
imitari: ut: Ex-
cellentis eleqvē-
tiae speciem & for-
mam adumbrare.
authorem.
formam rei:
mores alicujus.

114. *Advocare.*

Hozzá hini.

Elóbini.

Advocare aliquem.
aliquem sibi.
aliquem contra ali-
quem.
animum ad se.
artem.
concionem: Item,
ad concionem.
in consilia.
senatum aliquò.

115. *Advoläre.*

Reá repülni.

Advoläre ad aliquem.
ex aliquo loco.

AD

in aliquem locum
in auxilium.

116. *Advolvere.*

advolvi: advolutū.
Reá hengeriteni.
Advolvere faxum:
advolvi alicujus ge-
nibus.

117. *Adurere.*

adussi, adulstum.

Meg égetni.

Adurere barbam,
capillum.

118. *Aedificare.*

Epiteni. Meg é-
piteni.

Aedificare hottes:
naves.
plateas.
prædia.
republicam.
belle.
laute.

119. *Aegrotare.*

Beteg lenni.

Aegrotare ex aliquare.
gravissime.
vehementer.

30

A E.

Agrotare leviter.
periculosè.
agré, Cic.
Ager animi.
animo.
ab animo.
Ager ex vulnere.
morbó gravi.
pedibus.
graviter ager.

Amulari.
Kvetni.
Vele vetekedni.

Irég ykedni.

Amulari aliquem.
alicui.
cum aliquo.
arborem.
instituta urbis ali-
eujus.

Aequare.**M**eg igyenesiteni.

Igyenessé tenni.

Egenlôvéttni.

Aequare aliquem alicui
aliquem aliquá re.
aliquem autoritate
aliquem cursu.
aliquem divitiis.
aliquid cum aliquo.

A E.

Aquare periculum.
fe cu n aliquo.
solo u bres, domos,
xdficia, dictatu-
ras, consularus.
Aquat pretium mar-
garitarum.

Aestimare.

Meg bersülni.

Astimare aliquid, par-
vi, magni, pluris,
minoris. Dicitur
etiam

Astimare magno.

aliquid carius.
aliquid pecuniá.
aliquid tribus num-
mis.
aliquid ex meritis.
bene de aliquo: Di-
citur etiam, **A**sti-
mare aliquem; eodem sensu,

pœnam suam hono-
ribus summis
precium alicujus rei.
Astimatur ex erudi-
tione.

Aestivare.

Nyáralni.

Aestivar in loco ali-
quo.

V R.

Aestuare.

Heñni, Izzadri.

Kesgereni, Ketel-
kedni.

Aestuare desiderio ali-
invidiá. (cujus rei.
dubitacione.

Máre axtuat.

Aestuare absolute posi-
tum significat du-
bitare, angi.

Aestus mari: dicitur
accedere & rece-
dere.

Affari.Hozzá-
belni B. efféléni.

Meg szólitaní.

Affari aliquem nomine.

Affectare.

Igen kivanni.

Nagy indulattal
tudakozni.

Affectare est prout ha-
bere animum ad
aliquid faciendū.
aliquid omni dili-
gentia.

cultum effusorem

A F.

1225. Immori, im-
mortuu sum.

Béle-balni.

Immori somno. Plin.

1226. Immutare.

Meg-változtatni,
Tserélni.

Immutare se alicui
mores.

I.M.

Immutare de insitutis
priorum aliquid.
vestitum.
volentatem.
vultum.

1227. npellere.
impulsum.

Béle-hajtani Rejá-
kiszteni, inditani.

Impellere aliquem ad
aliquid.

ad facinus.

an imum alicius ad
facienda injuriā.

aliquem in mentem
aliquam.

in spem.

in metum.

in fiaudem.

in fugam.

1228. Impedire.

Meg-bántani.

Akadályozni.

Impedire aliquem alio
quā re.

iter alicius.

navigationem alio-
cujus.

prof. etionem aliciu-

ius.

I.M.

Impedire se in plagas.
Plaut

Impediri aliquā re.
in aliquā re.

Impedire quo minus.

Impediri ne.

Nihil impedio.

Impediri : pudore.

fietu.

morbo.

atare.

ieligione, &c

1229. Impendere,

impendi, impēsum.

Rea-fággeni Reá-
k verk zni Kozel-

lenzi.

Impendet ab ipso bellū.

Formidines impendēt.

Impendet timor belli.

Impendet invidię tem-

pestas nobis.

Indicia impendent.

Malorum ilias nobis

impender.

1230. Impendere,

impendi, impēsum.

Rea-kóltensi.

I.M.

El-kóltensi. Vala-
mire forditani.

Impendere de suo.

biennium alicui rei.

curam alicui rei.

laborem alicui rei.

laborem in aliquā

re, & in aliquam

rem.

studium alicui

pecuniam in rem

liquam.

fun tum ad aliquid.

vim suam in aliquā

tem.

1231. Imperate.

Parantsolni. Ural-

kedni.

Imperare alicui.

cupiditatibus.

obstus

pecuniam alicui.

in aliquam rem ali-

quid.

numerum militum

maximum.

equites e vitati ali-

cui.

silentium alicui.

arma.

298 I.M.

Imperare tributa.

Imperare animo non
possum, quin, &c.
Liv.

1232. Impertire,
& impertiri.

Reszefvētenni.

Impertire dolorem su-
um alicui.

laudem alicui.
prudentiam suam
ad salutem alicui-
jus. Cic.

plausum alicui
laborē suum pericu-
lis hominum sub-
levandis Cic.

testimonium alicui.
salutem alicui, & fa-
lute aliquem.

studium alicui rei.
tempus alicui rei.
osculo aliquem.
honoriibus.

alteri de re aliquā.

1233. Imperare.

Kérés által meg-

nyerni.

Imperare aliquid ab
aliquo: civitatem,
pacem, &c.

I.M.

Impetrare salutem al-
cui precibus.
veniam aliquid fa-
ciendi.

veniam pro aliquo.

1234. Impingere,
impegi, impactum.

Bele-nikézni. Be-
lé-níni.

Impingere caput pari-
eti.

culpam in aliquem.
compedes alicui.
alapam.

colaphum: Synon:
incutere, infan-
gere colaphum.

Terent.

vulnus alicui.
pugnum alicui.
calicem alicui.

epistolam alicui.
in lapidem.

in portu. Quint.

1235. Implere,

implevi, impletum.

Meg-tólteni.

Meg-tellyesiteni.

Implere ad summum.

Implo-

I.M.

Implere amaritudinē
inimici. Cic. Plin.
annos centum.
cursum vita.

expectatione aliquē.

fastigium summum

privati hominis :

Plin

finem vita fatu. Tac.

magnitudinē suam

anno Plin.

fides.

officii partes omnes.

proximum.

omnia potestatis suę

Liv.

spem de se conceptā.

tempus.

aures alicuius cla-
more

auditorium.

orbem terrarum glo-
riæ s. a.

petitionem alicuius.

spe bonâ aliquem, &

speci bona. Liv.

vestigia alicuius. Plin.

vicem alterius Plin.

votum alicuius.

1236. Implorare.

Bele-kitelezni, kö-

telváztni.

I.M.

Implicare aliquid.
responsis incertis a-
liuem:

se omnī societate.

Amicitia novā impli-
cari.

Implicari alieni priva-
tis & publicis ne-
cessitudinib⁹ Plin.

Aliquem benevolentia
implicata habere.

Implicari gravi morbo.
controversiis.

expectatione suppli-
erroribus. (ci,

angoribus.

criminibus.

cum aliquā re & co-
hādere.

maleficio

familiatibus ali-
cujus

negotiis.

occupationib⁹ mul-
tis.

molestias multis.

Implicare severitate
judicis

1237. Implorare.

Segi-ségithivni.

Segi-jéget kéránni.

N 6 Implo-

299

300 I.M.

Implorare aliquem.
auxilium ab aliquo,
& alicujus.
conscientiam alicui-
jus Cic.
memoriam alicujus.
fidem alicujus.
misericordiam ali-
cujus.

1238. Imponere,
imposui, impositū.
Reā-tenni. Meg-
tsalni. Meg-tré-
falni.

Imponere alicui.
alicui aliquid.
nomen.
clausulam alicui rei.
Columel.
coronam alicui.
elitellas equo.
consulēm populo.
dominum alicui.
diadema alicui.
dignationem impe-
ratoris alicui.
imperatorem exer-
citui.
in cervicibus alicujus.
scipiternum do-
minium.

I.M.
Imponere fastigium o-
peri.

finem alicui rei.
finem bello.
legem alicui.
manum extremam
alicui rei
summaria manum.
modum dolori.
modum pugna pro-
spera. Liv.

nomen alicui.
multam.
laborem alicui.
necessitatem facien-
di aliquid.
negotium alicui.
onus alicui.
partes alicui.
plagam mortiferam
vel insanabilem
alicui. Cic.
vulnus alicui.
portorium singulis

reb⁹ qvæ vñiunt.
præsidium civitati.
pretium rei.
servitutem fundo.
silentium alicui.
in navim.
in regum
in equum.

Impo-

I.M.
Imponere in regnum.
in naves exercitum.
tributum in capita.
vestigial grande Cic.

1239. Importare.
Bé-hordani Ma-
gavalbozni.
Importare calamitatē
alicui

ægritudinem.
conagionem.
pestem.
incommodum.
periculum.
solicitudines.
suspicionem alicui.
derrimētum publi-
cis reb⁹ s.
solicitudinē alicui
frumentum in ali-
quam provinciā.

1240. Imprimere,
impressi, impressū.
Belé-nyomni Reā-
nyomni.

Imprimere animo ali-
quid.
in animo alicujus a-
liquid.
vestigium.

I.M. 307
Imprimere sigillum.
dedecus alicui.
notitiam alicujus rei.
signum pecori.
solcum altius. Cic.
vulnus.

1241. Impropera-
re. *Szemére hányp-*
ni.

Improperare alicui a-
liquid.

1242. Impugnare.
Meg-ostromlani.
Meg-virni. Reá-
támadni.

Impugnare terga hosti-
um.

1243. Imputare.
Neki-tulajdonita-
ni.

Imputare cædē alicui.
perfidiam.
summiā pecuniae
urbi.

I.N. 51
1244. Inambillare.
Séalgatnt.

N 7 Inam-

302

IN.

Inambulare in aliquo
loco.

1245. Inanire, in-
anivi, inanitum.
inresciri.

Inanire alvum. Plin.

1246. Inarescere.

Meg-melegszni. Szá-
radni.

Lacrymæ inarescunt.

Fructus inarescunt.

1247. Inaudire.

Meg-hallans.

Inaudire; plerumq;

idem quod audire:

aliquid & de aliquâre:
alias: inauditus.

Hallatlan.

1248. Inaugurare.

Meg-szentelni.

Pé-szentelni.

Inaugurare locum. Liv.

1249. Inaurare.

Meg-aranyezni.

Teculum inauratum

1250. Incalceare,

IN.

incalui.

Meg-melegszni.

Incalescere vino.

1251. Incedere.

inceSSI, incessum.

Jáni. Mendegel-

ni. Sérálni.

Incedere latitiis.

ninibus.

magnifice.

per viam.

Incessit ei dolor.

Incessit cupidio gloria.

Mos incessit.

Fedes incedit.

Timor ei incessit.

Inopia eum incessit.

Incessit cupidio eum vi-

lendi templum.

Synon: intravit,

invadit, involavit

cupido. Tacit.

Incessit animos moesti-

tia. Liv.

Incessit morbus in ca-

fira. Liv.

Incedere suam viam: &

suā viā.

Quē te incessit religio.

1252. Incellere?

IN.

inceSSI, incessivi,

inceSSum.

Szidni. Ingerleni

Boszontani.

Incessere aliquē faxis.

dolis.

convitis.

aspere aliquem.

Incessit eum vel ei cu-

pido aliquid faci-

endi.

ei licentia

moestitia animos.

morbis in castra.

mos.

eum religio.

eum timor.

ruinor.

seditio.

spes.

princium anni fa-

dum. Tacit.

1253. Intendere,

incendi, incensum.

Meg-gyurani.

Haragitanı

Incendere aliquem.

animum alicuius a-

liquā re-

IN.

303

Incendere aliquē con-

tumeliā. Tacit.

cupiditatem alicuius.

odores.

libidinem.

studio glorię aliquę.

urbem.

in se odia hominum

Incendi desiderio.

irā.

alicuius studio.

suspitione.

in aliquem.

ad aliquid. Cic.

1254. Inchoare.

El-bezdeni.

Inchoare aliquid.

1255. Incidere.

à cado: incidi, in-

cum.

Meg-metszeni.

Pelé metzeni.

Incidere pennas alicui.

nervos virtutis

nervos alicui

in se aliquid:

& in

are: & ari-

se monem. Liv.

venas.

specm.

Incide-

1256. Incidere, à
eado: incidi, inca-
sum. *Reá-akadni.*
Reá-találni. Bele
efni.

Incidere in as alienum
in aliquem.
in amorem.
in amicitiam alicui.
in crumnam. (jus.
in contentionem.
in cupiditatem rei.
in calamitatem.

In diem, hunc incidit
festum.

Incide in discessum
alicujus: t; Li-
teræ meæ in dis-
cessum incidenterat.

in discriuent.
in errorem.
in fraudem.
in foveam.
in fibrim.
in furorem:
in hymenem.
in hominem aliquem
in infanias hominum.
in luctum.

in memoriam & re-
cordationem ali-

cujus.

Incidere in morbum
in manus hostium.
in morbum de inter-
gro.

In mentem, hoc mihi
incidit.

Incidere in mentionem,
in opinionem.
in patrocinium ali-
cujus. Quintil.
in perturbationes.
in plagas.
in sermonem alicujus.
in suspicionem ali-
cujus rei.

in tempore.

Incidi: nobis malum.
mentio de illo.
metus animis.
terror exercitui.
pestilentia grayis.
mentio illius.
fermo de illo.
fax: m in crura.
casus.

alind ex alio Tereti.
suspicio de me. Ter-
tius: modi

1257. Incipere,
incepit, incepitudo

*El-kezdeni. Hoz-**zá-fogni. Kez detni*

Incipere ab aliquo
iter.

amicitiam.

honorem. Plaut.

Incipit ver.

annus.

febris.

1258. Incitare.

Ingerleni. Iz gatni.

Incitare ad scribendū:

ad studium & labo-
rē quārum.

(rem.

currentem:

spe non dubiā.

Incitari alicujus bene-
ficio.

Incitare aliquem:

in aliquem.

Equus incitatus.

Cursus incitatus.

Incitare scribendi stu-
dium.

1259. Inclamare.

*Bé-kíaltani. Meg-**ríjasztani.*

Inclamare aliquem: &

aliquem magnâ voce.

1260. Inclarere,

inclarui.

El-hiresedni.

Inclarere aliquā re.

in aliquā re.

in aliquo artificio.

Plin.

1261. Inclinare.

*Hajlani. Hajtanio.**Meg-banyatlani.**Reja-hajolni.*Inclinare animum ali-
cujus.

ad aliquam rem.

in consilium alicujus usq;

in vitium.

in fugam.

Eò inclinant sententias.

Eò inclinat se fortuna.

Inclinat acies.

Res inclinata.

Fortuna inclinata:

contrarium est, Ex.

citata fortuna.

Inclinatio voluntatue

idem quod propensio:

Dies inclinatus.

Dies inclinat.

Inclinare se ad aliquida.

1262.

1262. Includere,
inclusi, inclusum.

Bé rekeszteni.

Zarlanii.

Includere in carcere a-
liquem; & in car-
cerem.

in custodiam: syn:
Condere in cu-
stodium. Dare in
custodium. Asser-
vare custodiis:
Constringere cu-
stodiis. Tradere
in custodiaria.

orationem in epi-
stolam.

verba versu.
se domi.

vocem. Cic.
viam. Liv.

1263. Incolere,
incolui, inculsum.

Lakni valami be-
lyen.

Incolere locum aliquē.

1264. Incommo-
dere. Artani.

Kart szerzeni.

Incommendare alicui.

1265. Incoquere,
incoxi, incoctum.

Incoquere esculentis.

Plin.

cum aqua. Col.

1266. Increbre-
scere, increbui.

El híreszdi. El-
batalmazni.

Sermo increbuit.

Res proverbo incre-
buit.

Increbuit consuetudo

Increbrescit ventus.

1267. Increpare

Meg-feddeni. Dó-
rombokzni. Dorgál-

ni. Zörgeni.

Increpare aliquem.

aliquem probris.

aliquem avaritiae

Sveton.

fugam alicuius.

Fores increpat.

Increpat suspicio.

Increpitare aliquē vo-

cibus: idem quod

reprehendere.

1268. In crescere,
increvi, incretum

Fel-nevekedni.

Öregbedni.

In crescit audacia.

Certamen in crescere.

1269. Incubare.

Reá-fekenni Meg-
ülni.

Incubare animo & spe

pecuniae.

ovis & ova.

thesauris.

1270. Inculcare.

Belé-verni. Szájá-
baragni.

Inculcare alicui aliqd.

aliquid animo.

munus alicui. Senec.

8xpe hoc inculcavit.

1271. Incumbe-
re, incubui, bitum.

Reá-fekenni. Igye-
kzni.

Incumbere alicui rei:

ut literis.

ad studia.

Incumbere ad laudem.
ad voluntatem ali-
cujs rei.

ad salutem alicujus.

ad bellum.

in bellum animo &
opibus.

in curam aliquam.

in casam aliquam.

in aliquid toto ani-
mo & studio omni-

te cogitationem.

in gladiū & gladio.

in perniciem alicu-
jus.

Hoc nobis incumbit.

1272. Incurrere,

incurri, incursum.

Belé futni. Belé-
rohanni.

Incurrere in hostes.

in aversam hostium

aciem.

in tenebris.

in aliquem.

in crimen.

in difficultatem.

in mucronem.

in columnam.

in morbum.

invoces malevolorum.

Incuria.

908 IN.

Incurtere in diem.
in aliquem cęcim.
petu. Cic.
in odium hominū.
in reprehensionem.
verbis in aliquē. Cic
in aper tam perniciē.
in suspicionem ali-
cujus rei.
in oculos.
in effensionem ali-
cujus.

1273. Incursare.

*Reá-futni. Futva
meg-sérteni.*

Incurtere aciem.
adversis cornibus.
in fortunas alicujus.
Cicer

1274. Incusare.

*Panaszolkedva
vádolni*

Incusare aliquem.
intemperiem cali.

1275. Incutere.

incussi, incussum.
Belé-ttni.

Incutere pudorem.
dolorem alicui.

IN.

Incutere metum alicui
vel terrorem.

timorem.
pavorem.
admirationē & ter-
rorē.

pedem terra Quint
pigritionam.

scipionem in caput
1276. Indagare.

*Tudakozni Végére
menni. Ujsalni.*

Indagare aliquid & de
re aliquā.

Omnibus vestigiis in-
dagare.

Indagare viam inusita-
tam.

1277. Indere, in-
didi, inditum.

*Bé adni. Belé-ten-
ni.*

Indere catenas alicui
vincula.

compedes alicui.
falem esca : & in
scam.

nomen alicui.
fenestr. s & dibus.

1278.

IN.

1278. Indicare.

Meg-jelenteni.

Indicare vulgus.
de aliquā re.
aliquid alicui.
conjunctionem.

Indicare interdum
est pretium rei ve-
nalis statuere.

Exitus rei indicabit.
Mores vultus indicat.
Cicer.

1279. Indicere.

indixi, indictum.
indit friggeszteni.

*Tudára adni. Ki-
birdetni.*

Indicere bellū alicui.
comitia: & edicere.

Livius.
inimicitias.
diem.

terias.
mercatum.
mortem.

atributum.
concluum.
panus.

IN. 309

Indicere venditionem
domus.

indicta causā.

1280. Indigere.

indigui.

Székolkodni.

Indigere aliquā re &
licujus rei

auxilio vel auxiliū.
ope, vel opis.

consilio vel consiliū.
consolatione.
defensione.

exercitatione.

1281. Indignari.

*Boszonkodni. Ha-
ragndni.*

Indignari de aliquā re.

1282. Indipisci.

Meg-nyerni.

Indipisci pugnam. Gel.

1283. Indormire.

*Alunni valamife-
lett.*

Indormire causę alicui.

desidiz.

1284. Induere, in-

dub.

310 IN.
dū, indutum.

oltázni.

Induere adulatioñem.

Tacit.

annulum digito.

vestem.

calceum, arma.

compedes

duritatem cōtra sen-

sum. Plin.

factam orationem a-

licui.

Postem pice. Plaut

magnum animum

animum bonis arti-
bus.

habitum ac voces
dolentium.

ingenium novum

imaginem mortis.

proditorem.

Spiritum hostilem

se stimulis ac vallis

acutis.

se segetibus: (de)

terrā dicitur. Plin

in laqueum se: &

laquo se.

nomen aliquid sibi.

Cicer.

Simulacionem inge-

ni alicujus.

IN.

Induere verustatem.

mores pudicos.

seditionem.

voces dolentū. Tac.

torquem.

sibi fasam scientiā,

persuasionem.

personam alicujus.

Indui confessione suā.

285. Inducere,

induxi, inductum.

Bé vinni.

Inducere aliquem.

Promissis inducere.

Inducere ad misericor-

diam.

animum: ut; Sic a-

nimum meū in-

duco. Item: In-

duxi animū hoc

facere. Item: Non

induco animū

illis credere.

animum ad aliquam

Terent.

in animum: ut; In-

nimum meū nun-

quam potui in-

ducere; ut hoc

vel illud facerem,

credere.

Aude.

IN.

Inducere in captiones
sc.

in errorem aliquem.

in prælium vel in

pugnā et horres,

equipes: &c.

aliquid pellibus.

paritem.

aliquem in memo-

riam alicujus rei.

aciem in hostem.

legiones in aciem.

pecuniam in ratio-

nem.

aliquem in regnum.

in fraudem aliquā.

ia mores aliquid.

in consuetudinem

aliquid.

in spem aliquem.

in mores populi ali-

quid.

morem vel consue-

tudinem.

nomen alicujus.

seditionem.

calceum alicui.

colorē picturæ.

nitorem curi

novercam alicui.

scripturam.

rectorium.

Induci cupiditate ali-

cujus rei; Cesar.

IN.

311

1286. Indulgere;

indulsi, indultum.

Engedni. Kedvezni

Indulgere alicui aliquid.

genio.

nugis.

a domini.

amicitiis novis,

dolori.

iræ.

luxurie.

peccato.

precib⁹ alterius.

valetudini.

libidini.

cugiositat⁹.

1287. Indureſce-

re, indurui.

Meg-keményülni.

Ager induruit Colum.

1288. Inesse. Ben-

ne lenni.

Inesse alicui rei & in a-

liquā re.

1289. Inescare.

Meg-éteñi. E-tel-

retsulogat vánmeg

fogni.

312 IN.

Anescare: ut aves in-
estudo decipiuntur.

1290. Infamare.

Meg-gyalázni.

Infamare aliquem.
liqem alicujus rei.

1291. Infatuare.

Meg-bolonditani.

Infatuare aliquem.

1292. Inferre, in-

tuli, illatum.

Bé-hozni

Inferre in aliquem lo-
cum se.

se in mediā aciem.

abortum.

caritatē mānonꝝ.

causam.

erimen alicui.

facem testis.

famem.

bellum alicui & cō-
tra aliquem.

arma.

detrimentū alicui.

injuriam alicui.

in dīscimen vel pe-
riculum capitīs &
vitæ se.

gladem alicui.

IN.

Inferre gradum. Liv.
lumen in clarissimū
solem.

morā alicui.

mortem.

necem.

item capitis alicui
& in aliquem. Cic.

manus alicui.

memoriā sempiter-
nam in domum
suam. Cic.

mentionem alicui
rei. Liv.

mæstitiam.

metum.

pedem in aliquem
locum.

probrum, labem-
infamiam alicui

rationibus.

sermonem.

signa patrī.

stup um virginī.

stuprum in domum
alicui.

supplicia urbibus.

sumpitus alicui.

terrorem alicui.

vastitatem urbi.

verecundiam alicui-

vim.

wulnus alicui.

IN.

1293. Inficiari.

Tagadni.

Inficiari est negare;

o inficias ire:
aliquid

1294. Infici: infi-
cere, infici,fectum.

*Bé-festerni. Meg-
marratni.*

Infici opinionis pravi-
tate.

Animum desidiā & o-
tio infi ere.

Inficere domum
tanam.

capillos.
peregrinis moribus
civitatem.

1295. Infigere,

infixi, infixum.

*Béle-szegzni,
szurni.*

Infigere iūtus corpori.
gladium alicui in
peccus.

memoriā rem.
menti in memoriam a-
licuius.

IN.

313

Infixus animus in cha-
ritate patriæ. Cic.

1296. Infirmare.

Meg-erítleniteni.

Infirmare aliquem.
fædus. Cic.

fidei testis alicui:
& testes.

legem.
scatentiam alicui.

1297. Infit. El-
kezdi. Mondani

kezd.

Infit. hoc est, incipit.
ut; Infit dicere.

1298. Inflammare.

*Fel-gyllasz tani.
Gerjeszteni.*

Inflammare aliquid.
animū alicuius. Cic,

animum alicuius in
aliquem Cic.

bellum.

invidiam.
verbis aliquem.

iracundiā aliquem.
cupiditate aliquem.
Inflamari ad gloriam.

Infam.

314 IN.

Inflammare furore.
incendiis cupidita-
rum.
spe potiundi.

1299. Inflare.

*Fel-fuvi. Fuval-
lani.*

Infare buccas.
sonum.
animu n alicujus.
spem. Liv.
Inflatus animo.

1300. Inflectere,
inflexi, inflexum.

*Bé-hartani. Meg-
horgaztani.*

Inflectere in nodum.
cursus sui vestigiu:
pus : gratia.
oculos omnium. Cic

1301. Infligere,
inflexi, inflatum.

Belé-útni; tsapni.
Infligere colaphum a-

licui
urpititudinē alicui.
vulnus alicui.
plagam
genam alicui

IN.

Infigere securim̄ al-
cui. Cic.

1302. Influere.
fluxi, influxum.

Belé-tolyi

Sermo ejus sc̄aviter in
aures infinit.

1303. Influere in animum.
in animos hominū.
Albis influer in mare

1304. Informare.
*Formalni. Tarita-
ni. Oktatni*

Informare aliquem: ad
aliquid & aliquā re

1304. Infringere,
infregi, infractum.

*Bé-torni. Bé-ron-
tani Eróteleniteni*

Infringere animum a-
licuius.

colaphum alicui.
conatum: syn: com-

primere
dignitatem alicui:
jus alicuius.

spem. Cic.

vim alicuius.

IN.

1305. Infundere,
infudi, infusum.

Belé-tolténi.

Infundere faecibus.
vitia in civitatem.
venenum alicui
pernares Colum.

1306. Ingemiscere,
re, ingemui.

Fel-foh. sz-kodni.

Sohartani. Ny-gni.

Ingemiscere rei alicui.

1307. Ingenerare.
*Bé-nemzeni. Belé-
oltani.*

Ingenerare frugalitatē
alicui

amorem alicui.
in aliquem.

societatē alicui. Liv.

1308. Ingerere.
*Belé-tolyi. Tofzo-
gatni. Dugni.*

Ingerere dicta vel pro-
bra in aliquem.

cibum alicui.

Multa mala in ali-

quem,

IN.

315

Ingerere faxa. Liv.
semen tolo
pugnum in aliquem.
vulnera.

1309. Ingraveſcit.
Meg-nehezedik.

Nevekedik.

Ingraveſcit annua-
tas.
malum.
studium.

1310. Ingredi, in-
gressus sum.

Bé-menni.

Ingredi disputationem
cum aliquo
orationem. Cic.

i ter.
pedibus.

magistratum.
periculum.
in causam.

in spem.
in conspectum ali-
eius.

in defensionem pe-
detentim
dicere aliquid
consularum.

viam vivendi.

Ingres

316 IN.

Ingreedi vitam.
vestigiis alicujus

1311. Ingrueret
ingrui Réa roháni

Hostes ingruunt: sic
Ingruunt morbi.

Erigus ingrauit: Sic pe-
cileatum, merus,
vis, &c.

Estate ingruente.

1312 Ingurgitare.
Torkit mehon meg

zölteni. Töbzödni.

Ingurgitare vinum: &
se vino

se in cibis. Cic.
semecum. Plaut.
se in flagitia.
in philosophiam.
in facultates alicui.

1313. Inhereere,
inhæsi, inhæsum.

Beléragadni Ben-
ne meg-akadni.

Inhereere cervieibus a-
licujus.

vestigiis alicujus
voluptatibus.

oculis.
in mente.

IN.

1314. Inhiare.)

Rei ástani. Tárott
sz. valkévánni.
Inhiare aliquem. Plin.
boni alicujus.
opibus.

1315. Inhibere,
inhibui, inhibitum.

Meg-tiltani. Tar-
toztatni.

Inhibere cursum alicu-
frenos. (jus.

profluviū sanguinis.
remos.
avitudinem.

vomitum alias k-
tere.

1316. Inhumare.

Földbe takaritani.
El temetni.

Inhumare vitem. Plin.

1317. Initiari.

Fel szenteltetri.
El-kezdeni.

Initiari sacro ritu.

1318. Inire. Bé-
meni. Bé-allan.

IN.

Inire estimationē rei.
certant en.

indicias.
castra.

confilia: de aliquā
re; cum aliquo.
convivia cū aliquo.
gratiam ab aliquo

apud aliquem:
cum aliquo.

magistratum.
contulatum.

numerum alicujus
rei.

curiam. Tacit.

castra.
spectaculum.

íter: Syn. ingredi.

pastum
periculum.

prælium.
rationem.

suffragia
societatem cum ali-
quo.

viam.

Ab ineunte ætate, vel
adolescentia: pueri-
tia.

Año ineunte: Sic men-
se ineunte: contra-

rrium: excusat.

IN. 318

319. Injiceret
injecci, injectum.

Belé vetni. Réa
vetni.

Injicere se in hostes
medios.

ardorem alicui.

amentiam alicui,

catenas alicujus.

cogitationem alicui
de aliquā re.

cunctationem.

curam alicui.

formidinem alicui.

fugam alicui.

franos alicui.

ignem domui

laqueum alicui.

vincula.

in flammam se &

flamna se.

cupiditatem alicui.

dubitacionis se-
pulum alicui.

desperationē alicui.

formidinem alicui.

ignes ubi vel erit.

in sermone alicui.

manum alicui.

mentem alicui, ut

aliquid faciat.

injic-

Injicere mentionem alicuius rei.
metum alicui: Sic, terrorem, timore.
religionē alicui Cic.
moram alicui Cic.
periculum mortis alicui Cie.
scrupulum alicui.
suspicionem alicui spem alicui.
studium alicui⁹ rei.
et repudiationem.

1320. Injungere,
injunxi, injunctum.

Meg-hagyni. P4-
rantsolni.

Injungere plerumq; idem quod man-
dare.

Injungere amicitiam
alicui cum aliquo.
laborem alicui,
necessitatem
detimentum alicui
injuriam Liv:
onus alicui.
servitutem alicui et-
ternam.
moram alicui,

1321. Innasci, in-
natus sum.

Benne-születni.

Benne-termeni.

Innata est ipsi avaritia.

1322. Innatare;
& innare.

Benne-uszni.

Innatare flumini.
teraz: dicitur de flu-
mine.

1323. Innectere,
innexi, innexum.

Békötni.

Innecti alicui per affi-
nitatem

1324. Inniti, nisus
vel nixus sum.

Reá-támaszkodni.

Inniti bæulo
hafta & hafta.
in aliquem. Plin &
in aliquo. Cic

Sacra ejus instituntur
illi Tacit

Omnia curz & tutelz
uni-

unius innotentur.
Tacit.

1325. Inoculare.
Bé-oltani.

Inoculare arborē Col.

1326. Innotescere
re, innotui.

Meg-esmérkedni.

Innotescere alicui.
in majus.

1327. Inquietare.

Dyughatalatlansz-
got szerzeni.

Inquietare aliquem.

1328. Inquinare.

Meg-fertesz tetni.

inquinare aquam, ca-
daveribus

amicitiam re aliquā.
famam alicujus.

libidinibus sc.
vitam vitiis.

creptos Reipublicæ
agros turpissimis
possessoribus.

urbē peccatis civib.
humanitatem civi-
tatis domesticā
inhumanitate.

1329. Inquirere,
inquisivi, situm.

Tudakozni. Vége-
re menni.

Inquirere in aliquid
de aliquo; & aliquo

1330. Insanire.

Bolondoskodni. E-
szén nem lenni.

Intanire amore alicuj,
insaniam hilaret.

Sencie.

1331. Inscendere,
ascendi, scensum.

Fel-bagni. Bé-
bagni.

Inscendere currum.
in arborem.

1332. Inscribere,
inscripti, prum.

Bé-irni. Fel-irni.
Könvét dedicalni.

Titulus adni.

Inscribere librum.
librum alicui.
epistolam alicui.

326 IN.

Inseribere ades literis.

Plaut.

ades mercede Tenerius.
in frontem alieui a liquid: & in fronte.

nomen in libro & in librum.
in animo orationem corpus. (Cic.)

1333. Insculpere,
insculpsi, ptum.

Bé-metszeni. Kifaragni.

Insculpere iu animum aliquid.
in columna & colunna aliquid.

1334. Infenescere,
insenui.

Béleggani.

Infenescere rei alicui.

1335. Infectari.
Ázni és szidal-

mazni.

Infectari aliquem: vel
alicujus levitáte.
maledictis aliquem.

IN.

Infectari lapidibus ali quem.

1336. Insequi, insequutus sum.

Kovetni. Kergetni.
Insequi aliquem.
clamore & minis.
contumeliam. Cicca

1337. Inserere, inserui, insertum.

Béle-ereszteni. Béle-szerkeszteni.

Inserere aliquid.
cibum in es mansa minima in os

Cicer.
collum in laqueum.
manus in finum.
opinionem alicui odium animis.

1338. Inserere, inservi, insitum.

Oltani
Inserere frumentum arboribus

sarculum in truncu.
Institus menti amor cognitionis.

IN.

Inista penitus opinio & verusta.

1339. Inferire.

Szolgálni.

Inferire alicui commodis suis.
honori bus.
famá sux.

valetudini sua. Cic.

1340. Insidere, in-

sedí, infessum.

Rajta-álni. Megszallani.

Insidere equo: & in e quo.

in sellá.
animo & in animo.
in ventis & medullis.
arcem militibus.

collem.
itinera.
effugia.

Insidet hec in mea memoriá

Insidet ipsi suspicio.

Insidet cogitatio illi

Macula que penitus insedit atq; inveteravit in alicuj nominis. Cic.

IN.

327

1341. Insidiari.

Lefeskadni. Olátkodni.

Insidiari alicui.

1342. Insignire.

Jegyzeni. Jelestvénenni. Ekeszteni.

Insignire annum vidorius.

1343. Infilire.

Béle-ngrani. Rézegrani.

Infilire in eqvum: & eqvum.

1344. Insimulare.

Vadolni. Bánbekeverni.

Insimulare aliquem

licujus rei: ur,

insimulare alicui quem avaritiz,

furti, probii, &c,

erimine. Liv.

1345. Insinuare.

Valahová magásbé-szinleni. Bé-

O 5. fér-

férkeszteni.

Insuuare aliquem animo alterius. Plin.
se in conseruidinem alicujus. Liv.
se in quam maxime familiarem usum alicujus. Cic.
se in aliorum sermonem. Cic.
se in familiaritatem alicujus.
in amicitiam.
se in turmam equitum.

1346. *Insistere*,
institi, institutum.

Rajta-állani. Raj-
ta - lenni.

Insistere hasta vel baculo.
curæ alicujus rei.
in aliquâ re.
in manu: ut, *Insistit* in dextra simula-
crum. Cic.

spei
vestigia alicujus: &
vestigiis: & in ve-
stigiis.

viam: & via,

Insisteremete & ani-
mo in aliqd. Csl.
alternis pedibus.

Quandoq; pergere
significat: ut, Nein-
sistas huic credere.

Insistit argumentatio-
hoc est,

Pergit argumentatio-

1347. *Inspicere*,
inspexi, inspectum.

Nézni.
Inspicere aliquid & in-
aliqvíd.

arma militis.
inspeculum.

1348. *Inspuere*,
inspui, inspatum.

Belé avagy ré-
pókní.

Inspuere in faciem.

1349. *Instare*.

Rajta lenni. Kizel-
lenni.

Instare alicui: ut, & a
operi.

vestigiis alicujus.

Insta-

Instare viam restam.
Plaut.

Hora decima instat.

Instat iter

Fuga instat.

Mihi periculum ab illo
instat

Instant ab illo mihi bo-
na. Plaut

1350. *Instaurare*

Fel építéni ismég.

Instaurare bellum.

pugnam:

tunicam adversus

hyemem. Plin.

incendia.

caedes

direptiones:

scelus.

1351. *Instigare*

Izgatni. Kiszeni.

Instigare aliquem.
in alterum.

1352. *Instillare*

Belé tsepegetni.

Instillare alicui aliqd:
ut, eruditionem,
pietatem. Cic.

1353. *Instituere*,

institui, institutum.

323
Szerzeni. Rendel-
ni. Oktatni. Tani-
tani.

Instituere accusationē.

atiem.

actionem.

aliquem.

ad aliquid.

liteis gracieis.

amicitiam:

alias

etia constituerē.

agere aliquid.

haiedem.

ex aise.

animum ad cogitā-

dum.

delectum militum.

iter.

nundinas. Plin.

pánam in aliquem.

Cicer.

tabellarios certos.

officinam. (Cic)

rationem negotii.

tutorem.

orationem cum ali-

viam. (qua-

vitam: Hinc vita in-

stitutum, i. e. ra-

tio vitz.

6

6

6

6

§ 24 IN.

1354. Instruere,
instruxi, structum.Fel. ekesteni. Zer-
zeni. Tanitani.Instruere aliquem.
aciem.

accusationem.

bellum Cic.

classem: Synonym:
Ornare classem:

Parare classem.

cænam.

epulas.

infidias.

locum infidiis.

fraudes.

ignorantiam alicuj.

confiliis idoneis ad
negotium.

copias.

hortum.

iter ad bonam fa-
mam. Plin.ad omne officii mu-
nus. Cic.judicem notitiâ re-
rum.Instructus nummis.
viris prudentibus.
armis.
scelis.

IN.

Instructus disciplinis
ab aliquâ re.
Philosophia.
à jure civili.
ab historiâ.1355. Insuere, in-
sui, insutum.

Bele-varrani.

Insuere aliquem in cu-
leum & culeo:que olim parricida
rum pena erat.1356. Insuescere,
insvevi, insuetum.

Meg szokni

Insuescere si pè idè
quod confuescere:
aliciui rei.

Insuetus sapecum-

genitivo: ut,

contumelia.

laboris.

pugnae.

1357. Insultare.

Boszontani. Inger-
leni.

Insull-

IN.

Insultare alicui, & ali-
quem & in ali
quem.

fores calcibus.

1358. Infumere,
sumpsi, sumptum.El-költjeni. Rea-
költjeni.Infumere aliquid in a-
liquem

curam ad aliquid.

operam.

fustri.

sumtus in rem alii-
quam.

1359. Insuffrare.

Fülebe szogni Meg-
szogni.Insuffrare in aures a
liquid.

aliquid alicui

1360. Integere,
intexi, intectum.

Bé fedni.

Integere tectum.

stramento.

Meg-ujjutani. E-

IN.

geszteni. Ujonna
el kez deni.

Integrare pugnam.

cædem

lacrymas.

de integro.

Incorrupta sermonis
latini integritas Cie1362. Intelligere,
intellexi, lectum.

Erteni.

Intelligere animum a-
lici jus.

de gestu.

ex aliquo.

1363. Intendere,
di, sum & cum.Ki-feszteni Ki-
terjeszeeni. Figyel-
mezni Szandé-

kozni.

Intendere actionem a-
animō. cum infi-

nitio.

arcum.

cogitationes ad rem

aliquam.

O 7 Isten-

Intendere considerati-
onem vel animū,
in rem aliquam.
erimus in aliquem.
fallaciam in aliquē.
curam in belli appa-
ratum.
in omnes occasione
rei gerendæ.
fugam.
iter in aliquem lo-
cum.
laborem in aliquid:
sensus ad aliquid.
digitum in aliquem:
vel ad aliquem :
ad aliquid.
aciem menuis in ali-
quid.
animo aliquid
animum ad aliquid:
in aliquid : & a-
licui.
animum acriter.
in regnum.
item alicui.
periculum alicui
se acieris ad aliquid.
Quintil
se alienis negotiis.
Tacit
nervos omnes.
manus.

Intendere minas. Tac-
sorciā. Tacit.
1364. Intentare.
Fenyegetni.
Intentare manū alicui:
& in aliquem.
aliquid alicui.
arma alicui. Liv.
sciam.
necem alicui.
1365. Intercede-
re, cessi, cessum.
*Mellette töreked-
ni. Körben-jirni.*
Intercedere pro aliquo.
Intercedit dies, annus.
Intercedit ira inter eos.
Intercedit mihi usus
cum ipso.
Mora intercessit.
Intercedit mihi cum
eo affinitas, societas,
& necessitudo vetus.
Tristitia gaudio inter-
cessit.
Intercedere legi.
1366. Intercedere
cidi. *El-esni. El-
veszni.*

Intercidit gratia bene-
ficii.
Intercidit memoria
hujus rei.
1367. Intercipere,
intercepi, interce-
ptum. *Közbe el-
fogni. Fé.be szá-
kasztani. El.fogni.*
Intercipere aliquem.
iter.
literas alicuius.
sermonem medium,
victoriā.
Intercipi morbos.
mortalitate.
1368. Interclude-
re, clusi, clusum.
*El.rekeszteni. Utát
meg-rekeszteni.*
Intercludere animam
alicui. Tacit.
alicui redditum.
iter, vias.
aditum.
comœatum hostibus:
& à comœatu ho-
stes, &, comœatu
hostes: spem
communicatus.

Intercludere spiritum
alicui
vias omnes sedicio-
num.
fugam alicui.
Intercludi dolore.
1369. Interdicere,
dixi, dictum.
Meg.tiltani.
Interdicere alicui ali-
quid: & alicui a-
liquāre: ut, In-
terdixit ei aqua:
& igne.
Interdixit ei foro.
Interdixit hoc fieri.
Terent.
Interdixit ne hoc fie-
ret. Terent.
1370. Interesse,
interfui.
*Jelen.lenni. Kizte
lenni.*
Interest negotiis.
sermonibus.
in convivio.
posterioritati suæ.
1371. Interest..
Ream néz. Hafz.

nos. Szükseges.

Interest illius,
ad rem, hoc fieri.
ad necessitudinem
nostram.

consiliis.

mēā: tuā.

magni.

parvi.

tanti.

quanti & cum
adverbios:

parum.

nihil.

minus.

maxime.

paululum.

pauxillum.

hoc inter me & te.

stulto intelligens

fluvius Terent.

hoc fieri. Pl n.

Non interest quis mor-

bum faciat Cels

Interfuerunt anni de-

cem. Cic

1372. *Interficere,*

interfeci, interfec-

erūm. Meg-élni.

Interficere aliquem.

1373. *Interfluere,*

Interficere aliquem o-
mni suppicio Cic
pessimis exemplis.

Plaut

1373. *Interfluere,*

interfluxi.

Közbe-folyni.

Flumen medium oppi-
dum interfluit Plin.

1374. *Interjacere,*

interjacui.

Közbe-fekanni.

Interjet urbem & ut-
bi: & iuter urbem.

1375. *Interire,*

El vezni.

Litera interierunt.

Interire fame.

nausfragio.

Vtis tormentorū bell-
corum interierit ipfis.

1376. *Interimere,*

interemī, emptum.

Meg-élni.

Interimivenero.

Interimere se.

1377. *Interjicere,*

inter-

Interjeci, jecium.

Közbe-vetni.

Magnum est spatum
interjectum.

1378. *Interjunge-*

re, junxi, junctum.

Közbe fogni.

Interjungere dextras.

1379. *Interlinere,*

interlini, interlivī

& interlevi, inter-

litum. *Ki-törleni.*

Altal vondosni.

Interlinere literas. Cic.

1380. *Interminari:*

idem quod minari.

Fonyegetni.

Interminari vitam ali-

cui. Plaut.

1381. *Intermitte-*

re, misi, missum.

Egy hdeigel bagy-

ni. Meg-szánnei.

Intermittere admir-

ationem.

curam alijus rei.

Intermittere confve-

tudinem

nec diem, neque no-

ctem Cas.

officium,

opus,

studia.

Studia longo interval-

le intermissa.

Intermittere profedi-

onem

Non possum intermit-

tere qn hoc faciam.

Nullū diem intermit-

tir, quin ad me vea-

niat.

1382. *Intermorī.*

Tellyessével meg-

halni.

Hujus beneficii memo-

ria apud me nunqā

est intermoritura.

1383. *Internecare*

internecavi, in-

ternecatū & inter-

nectum. Meg-élni

mindenestl fogva

előle.

Internecare hostes.

Iate.

330 IN.

Internecione cadi.

Internecium bellum

1384 Interere, in
trivi, intritum

Beletorni, aprita-
ni.

Intrivisti hoc, tibi ex-
edendum. Terent.

1385. Internoscere,
internovi, no-
tum. Ki-ismerni.

Notá internosci.

Internosci à falso non
potest.

1386. Interpellare.
re. Koz-be-fszolita-
ni. Valakinek be-
szédeben esni, kér-
vén valamit.

Interpellare aliquem:
victoriam.
debitorem.
orationem alicujus.
pro aliquo.
aliquid aliquā re.

1387. Interpolare.
Meg-ujitani.
Interpolare verba.

IN.

1388. Interpone-
re, interposui, in-
terpositum.

Kozibe tenni Kiz-
be vetni.

Interponere autorita-
tem suam.

aliquid alterius au-
dacie. Cic.

fidem suam.
in aliquam rem.

judicium suum.
jusjurandum.

nomen alicujus in-
aliquā re. Cic.

suspicionem.
se inter aliquos.

se in aliquid.
moram.

Diebus aliquot inter-
positis.

1389. Interpretari.

Magyarázni.
Tolmácsolni.

Interpretari aliquid in
meliorē vel mi-

tiorem partem,

aliquid in p̄eiorē
vel sequiorē par-
tem.

IN.

Interpretari aliqd ma-
le.

aliquid in diversum
Quintil.

vim verbī.

legem: Sic,
sententiam,

somnium,
dictum,

Authorem, &c.
deliberitatē ali-
cujus ita.

1390. Interputare.

Kozbe meg nyesni.

Interputare arborem.

Cato.

1391. Interrogare

Kérdeni.

Interrogare aliquem:

de aliquā re.

1392. Interrum-
pere, rupi ruptum.

Kozbe el f szakasz-

tani.

Interrumpere pontem.

negotia alicujus.

somnum.

colloquium aliquo-
rum.

orationem alicujus.

IN.

Interrumpere iterā-
moris & officiū.

1393. Intersepire,

intersepsi, interse-
ptum.. Kozbe bē-

kerteln̄i, rekeszte-
ni.

Intersepire iter.

urbem vallo Liv.
loca operibus ne-
xitus ad fugam
sit. Liv.

1394. Intersterne-
re, interstravi, in-

terstratum..

Kozbe himenti.

Intersternere picem.
arenam. Liv.

1395. Interseinde-
re, interscidi, inter-

scissum..

Kozbe el metszeni.

Interseindere pontem
à tergo. Cic.

1396. Intervenire,
veni, ventum..

Kozbi.

332 IN.

*Kbz. be jövni. Réá
menni.*

Intervenire de impro-
viso.

Nox intervenit.

Cogitatio minor majo-
ri intervenit Liv.
Intervenire cæptis.
cognitionibus.

1397. Interverte-
re, verti, versum.

*Alnok sagval el-
venni.*

Intervertere alicui ali-
quid, & aliquem
aliquâre. Plaut.

1398. Intexere,,
intexui, intextum.

Belé szövni
Intexere lata tristibus.
literas vestib⁹. Plin
aliquem. Cic.

1399. Intingere,,
intinxī, intinctum.

Belé mártani.
Intingere aliquid.
calamum, &c.
acatum.

IN.

1400. Intonare,
intoauī.

Dördhülm Dörgeni
Vox ejus intonuit. Cic.

1401. Intrare.
Bé menni.

Intrare adem & in-
dæma.

in familiaritatem
licujus.

in infidias.
Intravit animum mili-
taris gloriae cupido.

Intravit metus eos.

1402. Introducere
introduxi, ducum.

*Bé-vinni. Bé-hor-
ni.*

Introducere aliquem
in conclave.

in auditorium.
in templum.

in curiam.
præsidium in oppi-
dum.

conseruidinem.
ambitione in se-
natum. Cicer.

1403. Introire,
Bé menni.

1404. Introrre-
re, misi, missum.

1405. Introspic-
re, spexi, spectum.

1406. Intueri, in-
tuitus sum.

1407. Intumesce-
re, intumui.

IN.

1403. Introire,
Bé menni.

Introire urbem & in
urbem.

in vitam: contrar:
De vita exire.

1404. Introrre-
re, misi, missum.

Ré bortsitani
Intromittere in ades.

1405. Introspic-
re, spexi, spectum.

Ré nézni.
Introspicere in mentē
sum.

voluntates aliorum.

1406. Intueri, in-
tuitus sum.

Rei-nézni
Intueri aliquem & in

aliquem
autum alicujus.

aliquid aceroribus
œculis.

aci & inteto animo.

1407. Intumesce-
re, intumui.

IN.

333
*Fel-dagadni. Fu-
valkodni.*

Intumesce re jure pote-
statis. Quint.

1408. Invadere,,
invasi, invasum.

*Reá menni. Réá
tamadni.*

Invadere in aliquem.
hostem effusissimis

habenis. Liv.
in consilatrum.

domum alicujus.
in œculos alicujus.

Plaut.

in pecuniam alicuj⁹.

in fortunas ali uj⁹.

in bona alicujus.

in collum alicui &
alicujus.

in animum alicuj⁹.

in urbem vi.
fines hostium.

Dolor eum invasit.

Terror eum invasit.

Cupido vel libido di-
ripiendz urbis eum

invasit.

Desidia eum invasit.

Fames eum invasit.

29

314 IN.

In arc. causa invadere.
Morbus eum invasit.

1409. Invalere &
invalefcere, invalui.

Erót venni. El ha-
talmazni.

Conſuetudo invaluit.
Morbus invaluit.

1410. Invehere,
invexi, invectum.

Bé-hordani. Bé-
vinni.

Invehere merces ex-
ternas.

Incomoda vel mala
in aliquem locū.

Cicer.

Invehi equo.
eurrū.

Hoc casus invexit: *hoc*
est. attulit, intulit
Quicquid progredior,
in vastiorem altitu-
dinem ac velut pro-
fundū invehor. Liv.

1411. Invehi.

Szidalmaznī.

Gyalazni.

IN.

Invehi in aliquem,
aperte.
contumeliosè.
acerbè.
graviter.
vehementer.

1412. Invenire,,
inveni, inventum.

Talalni
Invenire malo reme-
dium.

Ille primus hoc invenit:
hoc est,

autoi hujus rei est.
Invenire fallaciam.

finem
aditum ad rem ali-
quam

nomina nova.
labore aliquid.

pecuniam bono mo-
do Terent
perniciem alicui.

Tacit.
nomē aliquāre Cie.
remediū alicui ma-
veniam. (10.
gratiam

Inventus est in culpa.
Terent.

IN.

1413. Invertere,
inverti, inversum.

Meg-fordtani.
Ufza-fordtani.

Invertere se.
ordinem

1414. Investigare.
Tudakozni. Ayo-

man fel keresnī
Investiga aliquid:

quaſi sequi vestigia
Investigare aliquid de
alienā re.

diligenter dealiquo.

1415. Inveterare:
& inverterascere.

Meg avulni.

Opinio inverteravit
Conſuetudo inverter-
vit: Synon. Conſue-
tudo invaluit, incre-
buit Cie.

Opini inverterata.
Conſuetudo inverterata.

1416. Inverterasce-
re, inverteravi, in-
verteratum.

IN.

335
Meg-agagni.
Inverterascere literarū
monumentis.

1417. Invidere,
invidi, invisum.

Iréglyeni. Irégy-

kedni.

Invidere alicui.
honori alicujus.

laudi.
gloriz.
virtuti.

aliquid alicui.

1418. Invisere, in-
visi, invisum.

Meg-latogatni.
Invisere aliquem: &
ad aliquem. Plaut.

1419. Invitare ..

El-hivni Item Ké-

nálni Onszolni.
Invitare ad cénam.
ad prandium.

aliquid.
animum alicujus vi-
su. Plin.

imp̄zdam.

Invitare se plusculum
in cena.
domum aliquem.
in hospitium.
aliquem poulis.
aliquid testo & do-
mo vel hospitio.
ad faciendū aliquid.
sem. Plin.

1420. Inundare.

Vix vel *el-burita-*
ni. Itē *Ki-áradni*
Inundare agros & sara
omnia.

Inundari sanguine.

1421. Invocare.

Bé-hivni *Segitseg-*
re hivni.

Invocare subsidium.
auxilia libertati
in auxilium aliquē.

1422. Involare.

Bé-rópulni. *Rejá-*
rohanni.

Involare in aliquem.
ungvibus in oculos
alicujus.

in capillum alicuj.
in possessionem.

Cupido animum invo-
lat. Tacit.

1423. Involvere,
involvi, involutum.

Ré-takarni.
Involvere se literis.
otio.

suam sententiam.
caput pallio.

1424. Inurerere, in-
ussi, iustum.

Bele-sétni. *Meg-*
belyezzeni

Inurerere alicet famam
superbia.

alicui notam igno-
minia.

infamiam
dolorem animo.

maculam.
æternas maculas a-
licui, quas rel. quæ
vita elueret non
possit. Cic.

dolorem cineri atq;
offib^z alicuj. Cic.

IR.

1425. Irasci, ira-
sus sum.

Haragudni.

Irasci cum aliquo & a-
licui.

alicui de aliquo.
alicui aliquid. Plaut.
vicem alicujus.

1426. Ire, vi, itum.

Menni.

Iread arma contra ali-
quem. Cic.

in exequias alicui.
in dubiam servitii &
imperii aleam.

grandibus gradib^z
inficias.

in exdes. Tacit.
navigio. Cic.

pribus. Plaut.
viam longam. Virgil

ad arma contra ali-
quem.

in articulos. Plin.
(dicitur de sege.
tibus.)

in exilium.
in exemplum. Tacit

in crucem.
in matrimonium si-
ne dote. Plaut.

(dicitur de puerilla.)
in fastidium. Senec.

it in fastidium.

Ire in orbem.
in secula. Plin.

in subsidium & sub-
sidio. Cic. Cæsar.

in sententiā alicuj.
cursa in alicuj. sen-

tentiam. Plin.
in melius: ut, Vale-

tudo it in melius.
Tacit.

in consilium cum a-
liquo.

in aliquem.
iter constitutum.

obviā alicui.
suppetias alicui.

peßum.
perditum aliquem.

datum operam am-
eo. Plaut.

dormitum, cubitum.
Cic. Plaut.

opitulatum.
Res it. Cic.

It dies. Plaut.

I præ. Terent.

Mores eunt præcipites.
Livius.

1427. Irrepere,
irrepsti, irreptum.

Bé-tsuzni.

Be'

- Bé-mászni.
Irreperere in amicitiam
alicujus.
in mentes hominū.
Error irrepsit.
Lies irrepsit.
1428. Iterire.
Habebus cetenī.
Ts alárdi gval
meo fogni.
Iterite se erratis,
illecebris.
fraude
alicujus illecebris
corruptelatū Cic.
1429. Irridere.
Meg nevetni.
Ridere aliquem.
1430. Irritare.
Ingerleni. Kisztet
ni. Boszontani.
Ritare animum alien
crabrones. (jus.
Ritamenta gulx qu
zere).
1431. Irrogare.
Meg-büntetni.
Rajá vettii.

- Irogare multā alicui,
pñam.
supolicium alicui,
infamiam.
mortem alicui. Tac
tribura.
1432. Irruere, ir
rui, irrum.
- Bé-rohanni. Réa
rohanni.
- Irruere in aliquem.
in odium.
in offensionem ali
cujus.
in possessiones alle
nas.
in medium aciem.
1433. Irrumpere,
irrupi, irruptum.
Réa-torni. Bé-ro
hanni.
- Irrumpere in ditionē
alicujus.
in domum.
in ararium.
oppidum. Cæsar.
- I.T.
1434. Iterare.

- Ifmét elöl kezdeni,
Meg keítörztetni.
Iterate agrum.
Tertiare Colum.
- J.U.
1435. Jubere,
jussi, jussum..
- Meg hagyni. Pa
rantolni.
- Iubere aliquē aliquid.
aliquem esse sine cu
rade aliquo.
salvere aliquem.
1436. Judicare.
Meg itélni. Itéle
tet tenni.
- Judicare iudicium. Cie.
ex ingenio aliquem:
ut, Ex ingenio tu
o judicas me.
de aliquo.
de aliquo gravius.
Cæsar.
dere aliquā inter a
liquos.
hostem aliquem.
oculis.
perperam.
- Iudicatus pecuniaſ Liv.

1437. Jugare..
Egybe fogni. Ísz ve
szerkeszettetni.
Inter se nixa & jugata
Cicer.
1438. Jugula.
- Meg-ölni. Torkat
meg-metszeni.
- Iugulare aliquem.
aliquem suis verbis
aliquē proprio gla
dio: (idem quod
verbis suis.)
aliquem plumbe
gadio.
sententiam alienjan.
1439. Jungeret
juoxi, junctum,
ísz ve - foglalni.
- Bé fogni.
- Jungere cum aliquo a
liquem artissime
vinculo.
affinitatem cum ali
quo.
fædera.
- Iungi alicui fædere vel
societate. Liv.
- Jun.

340 JU.

Bunge te dām equis.
verba.
equos currui : & ad
currum.
pontem per amnem:
vel ponte fluvium
(aliás, fluvio pō-
tem imponere.)

340. Jurare.

Meg. eskanni.
Jurare calumniam.
in verba alicujus
in legem
jusjurandum
per Deum.
anter se aliquid fa-
tere Cato.
conceptis verbis.
ex animi sententiā.

341. Juvare, juvi-
tum. Segēteni.
Juvare aliquem aliquā
re.
consilio : & re.

L.A.

342. Labare. &
labascere. El-esni.

Tantorgati.

Labare sermonē.
Labat agere.

L.A.

Labant animi.
Labat mens. Cell.
Memoria labat.
Dentes labant.
Labare & mutare sen-
tentiam.

343. Lab. f. clare.

Meg. tantorgatni.

Erōtleniteni.

Labefactare causam a-
licujus.
commoda alicujus.
fidē alicujus pretio.
dignitatem alicujus.
opinionem.
leges & jura.

344. Labi, lapsus

sum. El-dūlni.

Esni.

Labi opinione.

ad mollitatem animi.

longius

ad opinionem ali-

quam.

mente.

in officio.

in adulatioñem.

spē.

facultatibus.

expertiētā patrimo-

L.A.

nli amplificandi.

Cicer.

Dies labitur.

Temporal buntu.

Conserudo labitur.

345. Laborare.

Munkálkodni. Fá-

radoxni. Íg yekez-

ni.

Laborare de aliquā re.

circa aliquid.

de se nihil.

in aliquo.

aliquid: ut; labora-

ut ad me venias.

fame.

morbō.

animō.

è dolore capitis.

à frigore.

à veritate.

ex invidiā.

causā.

desideriō alicujus rei.

fazore.

injurīa.

nota infamīq.

re frumentaria.

magnitudine suā.

vitiis.

et alicui. scue.

L.A.

laborare de re aliquā

de existimatione a-

licujus.

de gloriā.

ex ære alieno.

ex pedibus.

podagrā.

ex capite.

hostibus intestinis.

malis alienis.

opinione arrogatiæ.

opinione perfidia.

Graviter laborat.

Nelaborare. Cic.

Hoc unum laboro, ut

&c.

346. Lacerare.

El-fraggatni.

Lacerare contumelias

aliquem.

morsu.

ungvibus.

virgis aliquem a

diem. Plaut.

famam alicujus.

optimum virum in-

cesto ore.

omni sceleri patriti.

Cicer.

probris.

Lacerare rumore vul-

dore. (g)

23

342 L A.

3447. Laccere,,
essi, sivi, situm..

Ingerleni. Boszon-
tans.

Laccere epistolis ali-
quem.

Injuria aliquem.
maledictis vel jur-
giis.

aliquem ad scriben-
dum..

sermones
ferro aliquem.
ad bellum aliquem.
ad pugnam.
prælio.
bello aliquem.

3448. Laflare..

Szoptatni. vel La-
flare ab antiquo La-
cio. Meg.-tsalni.

Laflare aliquem spe-
falsam.

3449. Lædere; lx-
si, læsum..

Meg.-sérteni.
Lædere aliquem ludi-
brio.

L A.
Lædere famâ alicujus
fidem.

1450. Latari.

Vigadni. Brven-
dezni.

Latari aliquâ re Cia.

1451. Lamentari.

Siratni. Sirni.

Lamētari vitam suam
excitat em suam.
fortunam adversam.

1452. Langvere,

langui, langvescere.

Bág yodni. Lankas-
lenni.

Langvere otio.

è via.
in studio alicujus
rei; ut, in virtutu
studio langvere.

1453. Largiri.

Bóven adni. Aján-
dékozni. Engedni.

Largiri ex alieno.
civitatem alicui.

cenam.
libertatem alicui.

Largi-

L A.
Largiri de suo: & de se
amori aliquid.

1454. Latere, la-
tui. Lappangani.

Rejetve lenni.
Latere in occulto: &
abdite.

Hoc me latet.

Latitare.

1455. Lavare..

Mosni. Mosda-
ni. Fördeni.

Lavare laterem.
peccatum suum Ter.

1456. Laudare.

Ditsérni.
Laudare aliquem: (in-
terdum idem est
quod citare)

aliquem autorem.
laudibus aliquem.

Plaut
aliquem ad aliquę
testem aliquem.

1457. Laxare..

Tígitani.
Laxare curis aliquem.
molestiis aliquem.

aciem.

I E. 343
Laxare animum à la-
boribus.
à vinculis.
frenum.
occupatione sua.

Anima corpore laxata.

L E.

1458. Legare..

Köverfégbe külde-
ni. Testamentum-
ba hagyni.

Legare aliquę aliquę
ad aliquem.

aliqui è alicui: us;

Legare aliquid
testamento.

négorium alicui.

1459. Legere, la-
gi, lectum..

Olvasni. Sz. edni.

Legere commode.

benc.
intend
male.
oriam alicujus regis-
nis.

senatum. Liv.
aliquem in senatum.
in locum demorui.

P

Le.

344 L.E.

Legere milites. Cicer.
poma.

1460. Lenire.

Enghiteni. Engesz-
telni.

Lenire ~~egritudinem~~
dolorem.
misericordiam.
desiderium alicuij.
etram.
animos concordiam.

Cicer.

tempestates.

1461. Lenocinari.

Kurvát keriteni.
Lenocinari alicui.
Verborum lenocinia.

1462. Levare.

Fel-emelni. Kön-
nyebbiteni.

Levare ~~egritudine ali-~~
queim.
curá aliquem.
atrocitatem facti.
autoritatem suam
inconstantiam.
angorem.
cruciatum.
faginus alicuius.

L.E.

Levarē alijum. Plin.
calamitatē innocen-
tium.

inopiam.

metum alicui : &
metu aliquem.
obsidione civitatem.
opinione sinistrā a-
liquem.

se aliquā re.

infamia.

zre alieno.

civitatem.

invidia hominum
liquem.

inopiam vel pauper-
tatem alicuius.

annonam.

sumum alicui.

suspicionem. Cic.

tedium.

vinculis aliquem.
in sublime aliquem.

Plin.

Levari fænora.

L.I.

1463. Libare.

Meg-koftolni.

Aldoz-ni.

Libare cibum.

ex rebus variis ap-
quid.

L.I.

Vires libate.

Libata gustu potio. Ta-
citus.

1464. Liberare.

Meg szabaditani.

Liberare aliquem ali-
quā re : ut;
metu,
suspicio,ne,
zre alieno,
malevolentia,
quartanā,
errore,
infamia,
cura,
obsidione,
periculo,
tedio, &c.

aliquē ab aliquā re.

Liberare voto & voti.

Liuvius.

1465. Libere.

libuit, libitum est.

Teszeni.

Liber mihi hoc facere.

Libitum est hoc facere.

Terent.

Libentissimis omnib.

Cicer.

1466. Librare.

vires

L.I.

Fontval meg-mér-
ni.

Librare se ex alto Plin.

Libratum ponderibus.

1467. Licere, li-
cui, licitum

Szabad lenni.

Licet tibi esse bonum
virum. Quint.

esse bono viro.
Per me licet tibi hoc
facere.

1468. Liceri.

Árrát igérni.

Licitari idem.

Hostium capita licta-
ri Curt.

1469. Ligurire :

abligurire.

Fel-teközlaní. Fel-
nyalni. Fel dösvlni.

Ligurire bona sua.

1470. Limare.

Meg-reszelní. E-
kesgetni. Tsinesgat-

ni.

Limare

Limare gemmas.
veritatem.
opus aliquod poli-
tius.
aliquid ad tenuem.
1471. Linere, le-
vi, lictum.
Bé-mázolni. Réa
kenni.
Linere pice.

1472. Linquere,
liqui. El-hagyni.
Linqui animo.
Animus linquens.
Linquentem animum
revocare.

1473. Lippire.
Tsipas szemén lenni.
Oculilippiunt.
1474. Liquare.
Meg-olvásztani.
Liquare plumabum.
alias fundere.

1475. Liquere,
licui. Nyilván leni.
Nondum licet.

1476. Litare;

LO.
A'ldozni. Aldo-
zatval kérlelni.
Litare Diis.
vacunæ.

LO.
1477. Locare.
Helyhez tenni. Bér-
be adni. Férfnek
adni.

Locare alicui ades.
agrum, &c.
argentum fanori.
beneficiū apud gra-
tum.
fundamētum in sta-
bili loco.

in matrimonium.
in præsidio aliquo.
infidias alicui.
pedites ante sciem.
legionem alicubi.
filiam suam nuptum
alicui.

legionē alicubi hy-
mandi causa
aliquid faciendum
alicui.
operam suam alicul.
operam male.
operam ad aliquid
Plaut.

LO.
Locare in amplissimo
dignitatis gradu
aliquem.
in infidis aliquem.
vigiles nocturnos.

1478. Locupletare.
Meg-kazdagí-
tani. Bóvitensi.
Locupletare aliquem.
aliquid.

1479. Loqui, lo-
quutus sum, tum.

Szóllani.
Loqui bellum merum
cum aliquo de ali-
quá re.
delicamenta.

familiariter cum a
liquo.
lapides Pl.
ore durum & vi-
gintigentium. Plin
pro aliquo.
ex animo.
fronte porrectiore.

Plaut
nomen suum Plaut.
sclera

ad voluntatem ali-

gujus

LU. 347
Loqui in festentiam
licujus.
Res ipsa loquitur.

LU.
1480. Lustari.
Készkédni.

Lustari cum aliquo.
Lustantur inter se.

1481. Lucubrare.
Ejel gyeriya világ-
nál munkálkodni.
Opus lucubratum no-
tibus contractiori-
bus.

1482. Ludere, lu-
si, lusum. Játzani.

Meg-tréfálni.
Ludere aleá.
ludum.
operam.
aliquem.
aciem oculorum.
Senec.
par, impar. Horaz.

1483. Ludificari.
Meg-tsufolni. Já-
tszottatni.

26
Luda

§ 48 LU.

Ludificari aliquem.

§ 484. Lugere, luti-
xi, luctum.

Sirni. Siratni.

Lugere vitam hominū.
casum & fortunam
alicujus.

§ 485. Luere, lui-
luitum.

Meg - fizetni.

Szenyvedni.

Luere ~~z~~ alienum.
aliquid sanguine.
capite.
p̄nam.
veccatum.

§ 486. Lustrare.

Szemlélni. Mu-

stralni. Aldozat-

val meg - fiztitani.

Lustrare exercitum.

agros.

animo aliquid.

§ 487. Luxuriare,

& luxuriari, depo-

nens.

Bujálkodni.

MA.

Luxuriari otio.
Arbores dicuntur lu-
xuriare.

MA.

§ 488. Macerare,
propriè:

A'sztarni, item,
Fonyasztani.

Macerare se.

se curis.

Sale macerare.

§ 489. Machinari.

Okosságval avagy
ravaszágval va-
lamire ügyekenzni.

Szerzeni. Készít-
ni.

Machinari perniciens
alicui.

pestem in aliquem.

§ 490. Mactare.

Meg - ólni. Fel-

mészárlani. öreg-

biteni.

Mactare bovem.

aliquem malo.

Mactare.

MA.

Mactare aliquem sup-
plicio.

aliquem morte.

oreo.

magno infortunio:

idem quod malo.

honoribus aliquem.

laude aliquem.

ultioni aliquē. Tac.

§ 491. Maculare.

Motskolni.

